est diasinthetica. et est scia docẽs recte intellecta recte cõponere. i. diasinthetica est scia docens artificialẽ cõpõem dictonũ ⁊ congruam ad inuicem. vt ex eis fiat orõ cõgrua et pfecta. Et dicit a dya grece qd̃ est duo latine q2 dya grece duo scat sm q̄ dupl'r scribit. versus Scribere per. y. grecum dya duo scabit. Scribere per. i. nostrũ dia de scabit. Primo enĩ dicitur diasinthetica a dia q̄ est duo et sinthesis cpõ quasi scia de cõstructõe duorũ scz suppositi et appositi. principalis enĩ cstructõ in grãmatica est cstructõ suppositi cũ apposito. Rõ q2 sicut est in natura sic etiã est in arte. q2 ars imitat naturã scðo phicorũ. Sed in natura principalis cstructio est ex materia et forma vel ex actu et potẽtia. suppositũ

aũt habet se vt materia vel poña. et appositũ vt actus ~~et~~ forma et ǧ ṗncipalis constructõ in gr̃amatica est suppositũ et appositũ vsus. Queuis pfecta cõstructio dat duo membra. Scdo diasinthetica dr̃ a dia qd ē de ⁊ sin qd est con ⁊ thesis positio quasi scia de ꝯpõne duorũ videlicz suppositi et appositi ṗncipal̃r. Et de ista determiatur in minori volũie ⁊ libro prisciani. et sil̃r in scda parte alexandri. ❡ Quarta et vltia species gr̃amatice est ꝓsodia et est scia docens recte ꝯposita debite ꝓnunciare. i. ꝓsodia est scia docẽs dictões ad inuicẽ debite ꝯponere ꝯm se vl̃ ꝯm suas sillabas quo ad correptiõez ⁊ ꝓductiõem debite proferre. Et dr̃ a pros qd est ad ⁊ odos cant⁹. quasi scia valens ad cantũ. i. ad accẽtuatõem. Et de ista deteriatur in tertia pte alexandri. Offitia aũt et spẽs ipsi⁹ gr̃amatice patẽt in his metris. Artis grãmatice spẽs dic q̃tuor esse. Orthographia prior ē ethimologia scda. Hinc diasinthetica sit ꝓsodiaqz quarta. Scribere prima docet dat declinare secunda. Tertia componit pronunctiat vltima recte.

Notãdum quarto q̃ subiectũ in grã-

matica est ſmo ꝯgruus et diffinit sic. Sermo ꝯgruus est aggregatũ ex pluribus vocib⁹ ꝑ qd vnus põt alteri exṗmere mentis ꝯceptũ. Dicit eñ Plato in thimeo. Ad hoc dat⁹ est nobis ſmo vt mutuo volũtatis fiãt inditia. Propria aũt passio hui⁹ subiecti ē ꝯgruũ vl̃ incõgruũ. Demõstrat aũt ista passio de subctõ modo cõi faciendo arñtũ sillogisticũ in Barbãra. in cuius ꝯcl̃one ꝓpria passio ṗdicat de subiecto. Modus aũt demõstrandi ꝓpriã passiõez de subcõ est iste. dio subiecti debet poni ꝓ medio. ꝓpria passio ꝓ maiori extremitate. et ipm subcm̃ ꝓ minori extremitate. iuxa hoc metrũ. Sit diffi. mediũ pass. maior sub quoqz minor. Et format tale arñtũ sillogisticũ. oñe aggregatũ ex plurib⁹ vocib⁹ ꝑ qd vn⁹ põt alteri exṗmere mẽtis ꝯceptũ ē ꝯgruũ vl̃ incõgruũ. Sed ois sermo ꝯgru⁹ est aggregatiu⁹ ex pluribus vocib⁹ ꝑ qd vn⁹ põt alteri exṗmere mẽtis ꝯceptũ. ǧ ſmo ꝯgruus est cõgru⁹ vel incõgru⁹. tz ꝯña in ṗmo modo prime figure scz in Barbara. Maior qr ꝓpria passio ṗdicatur de dione subiecti. minor sil̃r est vera. qr dio ṗdicatur de diffinito. Si ǧ maior et minor sunt vere etiã ꝯcl̃o ex eis illata est vã. Quid tñ sit subcm̃ ⁊ quot mõis accipit et quid sit demõstrare ꝓpriã passionem de subctõ lati⁹ patebit in questiõe sequẽti. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est. ❡ Cõclusio respõsalis. Diffinitõ gr̃amatice et ei⁹ diuisio in q̃tuor species est bene assignata. ❡ Prima ps ꝯcl̃onis scz q̃ diffinitio gr̃amatice sit bñ posita ꝓbat tali rõne. Illa dio est bene posita que dat ꝑ genus et drñas. Sz ista diffinitõ gr̃amatice ē hmõi. igit dio gr̃amatice est bene posita. Maior est Boetij in libro dionũ. Minor qr in dione grãmatice scia ponit pro gñe qr est cõius q̃ diffinitũ scia eñ ꝯcat oẽs scias. sed gr̃amtica solũ ꝯcat vnam sciam alie aũt ꝑticule ponunt loco drñe. eo q̃ per istas ꝑticulas gr̃amatica differt ab alijs sciẽtijs. nulla eñ scia docet recte scribere. recte intelligere ⁊c̃. nisi gr̃amatica. Sed q̃ scda pars ꝯcl̃onis sit bene posita scz q̃ diuisio ǧmatice in quatuor species est bñ assignata. ꝓbat tali rõne. Illa diuisio est bñ posita que euacuat totã naturaz diuisi. sed ista diuisio est hmõi igit est bona. Maior est Boetij in libro diuisionũ. Minor qr nihil est gr̃amatice qd nõ cõtinet sub istis membris quatuor. quare ꝯcl̃o pro scda pte vera.

Ar Primo gr̃amatica nõ est scia igit ꝯcl̃o fl̃ã. probat añs. ois sciẽtia est accidẽs grãmatica nõ est accñs igitur. maior ꝓbat qr scia est accñs aie. minor qr hñs sciam est suba. sed gr̃amatica habet sciẽtiaz igit grãmatica est substãtia maior qr suba habet accñs. mior qr ml̃r sciens gr̃amaticã hz sciam grãmatice et talis mulier est suba ergo gr̃amatica est substãtia. ❡ Dico verũ arñtũ ꝯcludit q̃ gr̃amatica cõcretiue sumpta est substãtia mõ hic grãmatica accipitur abstractiue et formal̃r quõ est accidẽs.

Ar Scdo grãmatica abstractiue sumpta nõ est scia ǧ solutio nõ vz ꝓbat añ de grãmatica dei q̃ est suba qr de⁹ met. dr̃ eñ Dionisius ois que sunt in deo sunt deus met ⁊ aristo. xij. metha. In deũ nullũ cadit accñs. ❡ Dico ṽm arñtũ ꝯcludit de ǧmatica indepẽdenti et diuina qr talis est suba qr est de⁹ met sed ꝯclusio intelligit de ǧmatica hũana q̃ acq̃rit ꝑ studiũ ⁊ exercitiũ qr t̃lis est accñs

Ar Tertio grãmatica dependẽs vl̃ hũana est suba igit. qr sequit bñ. grãmatic⁹ est suba ergo grãmatica est suba. tz ꝯñtia a ꝯiugatis vl̃ a ꝯcreto ad abstractũ. ij. tho. Dico ṽm arñtũ ꝯcludit q̃ arñtũ a ꝯiugatis vz in ṗdicatõe eẽntiali et quiditatiua sed nõ accñtali. mõ cũ dico grãmatic⁹ est suba est ṗdicatõ accñtalis. qr subcm̃ accidit ṗdicato q̃ est ṗdicatio accñtalis vt dicit prio posteriorꝝ. Exm̃ vbi valet arñtũ a cõcreto ad abstractũ in ṗdicatõe essentiali. hõ est animal. ǧ hũanitas est aĩalitas. Item hic albũ est quale. igitur albedo est q̃litas.

Ar Quarto grãmatica est adhuc suba. qr sequit bñ grãmatica inest substãtie ergo grãmatica est suba. tz ꝯña ab inesse ad esse. ij. thopi. Dico q̃ ꝯñtia ab inesse ad esse bñ vz in ṗdicatiõe eẽntiali mõ hic arguit in ṗdicatiõe accñtali vt hic bñ vz hõi inest aĩalitas ǧ hõ est aĩal sed hic arguit in ṗdicatõe accñtali

Ar Quinto grãmatica nõ est scia docẽs rctẽ scribere ꝓbat qr si sic seq̃ret q̃ ǧmatica esset ars mechanica qd ē fl̃m ꝓbat seq̃la illa ars est mechanica q̃ fit cũ fatigatõe et macl̃atõe corꝑis. igit ǧmatica est ars mechanica. Maior ptz ex dione artis mechanice. mior qr pulcre rctẽ scribere fit cũ fatigatiõe et macl̃atõe corꝑis hoc eñ fit cũ labore vt q̃s studet pulcre scribere. ❡ Dico ṽm arñtũ ꝯcluderet si h̃ rctẽ scribere valeret tm̃ sic pulcre scribere ꝯ vz hic rctẽ scribere. i. artificial̃r scribere ꝯm regl̃as orthoǧphie sed hoc fit sine fatigatione ⁊ maculatione corꝑis

Ar Sexto ǧmatica nõ docz igit non docz rctẽ scribere ꝓbã tur añs docere est suppositoꝝ sed grãmatica non est suppositũ igit maior. qr docere est actus. sed act⁹ est suppositorũ vt dicit. j. metha. mior qr grãmatica est actus aie. modo actus nõ est suppositũ ⁊ singl̃are. ❡ Dico ṽm argñtũ cõcludit q̃ grãmatica nõ docz ṗncipal̃r sed instrumẽtal̃r. sed homo vel deus docz ṗncipaliter. vt dicit Liconiẽ. j. posterioꝝ. Nec lr̃a visa nec vox audita docet. sed est verus doctor qui intus mẽtem illuminat et veritatem ostendit.

Ar Septio grãmatica nõ docet rctẽ intelligere ǧ ꝓbat añs. qr si sic sequeret q̃ ǧmatica positiua essz grãmatica doctrĩalis qd est fl̃m vt ṗus est ꝓbatũ. ꝓbat seq̃la qr grãmatica positiua docz recte intelligere ptz. qr grãmatica positiua docet ꝯcatiões vocabuloꝝ ⁊ dcõnũ rctẽ ꝯgnoscere et intelligere vt dictum est in prio notabili. ❡ Dico verũ argñtũ ꝯcluderet si rctẽ intelligere in ꝓposito valeret tm̃ sicut ꝯcatões vocabulorũ et dcõnũ ꝯgnoscere. Sed recte intelligere in ꝓposito valet tm̃ sicut modos ꝯcandi tã essentiales q̃ accñtales ꝑtiũ orõnis ꝯgnoscere ⁊ sub q̃ ꝑte dcõ dz collocari ⁊ hoc tm̃ docz ǧmatica doctrĩalis.

Ar Octauo. Dyasinthetica nõ docet recte ꝯponere igit ꝓbat añs. qr si sic sequeret q̃ orthographia esset dyasinthetica ꝓbatur. qr orthographia docet recte componere lr̃as pro sillabis faciẽdis et sillabas ꝓ dcõnibus ordinandis. ❡ Dico verũ arñtũ cõcluderet si recte ꝯponere in ꝓposito valeret tm̃ sicut litteras et sillabas debite ꝯbinare. sed valet hic recte cõponere. i. dcões recte cõbinare pro regimine et cõstructione grammaticali facienda.

Ar Nono prosodia nõ docet recte ꝓnunciare igit ꝓbatur. qr si sic sequeretur q̃ musica esset ꝓsodia. probatur. qr musica docet rctẽ ꝓnũciare. qr musica docet ꝓportiões sonorum modo debita ꝓportio sonorũ ꝯsistit in recta et debita pronũtiatione. ❡ Dico verũ argñtũ ꝯcluderet si recte et debite pronũciare in proposito valeret tm̃ sicut ꝓportiones sonorũ obseruare sed vz hic rctẽ ꝓnũciare. i. rctẽ accentuare sillabas quo ad correptiõem et productionem.

Ar. Decimo Dio gr̃matice nõ vз igiŧ ꝓbaŧ ois bona dio dз ꝯuenire cuilibз cõtento sub dito sed ista dio non est hmõi igiŧ Maior est Boetij in li. dionũ. mior qꝛ ista dio non cõuenit grãmatice positiue. qꝛ talʼ non est scia. ℂ Dico ∂m arñtũ ꝯcluderet si hic diffiniret in tota sui cõitate vt indrñter se extendit ad grãmatica positiuã ꝛ etiã doctrinalẽ sed hic diffiniŧ solũ gr̃matica doctrialis.

Ar. Vndecio Grãmatica non est scia igiŧ ꝓbaŧ. ois scia est nessarioꝝ. sed grãmatica est ꝯtingentiũ igiŧ maior est aristo. j. posterioꝝ. mior. quia grammatica est de orõne ꝯgrua. mõ orõ cõgrua pt esse vel non esse. Dico veruз argumentũ cõcludit ꝙ scia ꝓprie est necessarioꝝ non aũt scia cõiter dicta modo grãmatica est scia cõiter dicta. Vel dico ꝙ licз orõ ꝯgrua ꝑm se cõsiderata est cõtingens tñ relata ad sua ꝑncipia q̃ optet obseruare inuiolabiŧr sic bñ est nccãria.

Ar. Duodecio Grãmatica non est scia igiŧ. ꝓbaŧ grãmatica nõ est vna scia ergo g̃matica nõ est scia. tз ꝯña. qꝛ sicut idẽ est dicere hõ ꝛ vnꝰ hõ. sic ideз est dicere scia ꝛ vna scia vt ꝓbaŧ. 4. meth. añs ꝓbaŧ. qꝛ in g̃matica sũt mŧte ꝯclões mõ ꝯclõis ẽ scia videŧ g̃ ꝙ g̃matica ñ ẽ vna scia. Dico ∂m arñtũ ꝯcludit ꝙlз g̃matica ñ ẽ vna scia simpŧr tñ ẽ vna vnitate subcti ꝛ hoc sufficit ad eiꝰ vnitatẽ

Vtrũ ꝑs orõnis sit subiectũ in scia donati.

Pro intellectõe q̃stiõis mote. ℂ Notandũ prio ꝙ subcm̃ accipiŧ duobus mõis. Prio vt est terminꝰ prie impõnis. vñ terminꝰ prie impõnis vt cõiter diffiniŧ Est terꝰ qui imediate ꝑcat rem ad extra vt hõ aial. Et isto mõ accipiẽdo subiectũ tunc accipiŧ q̃tuor modis. Primo subiectũ vз tm̃ sicut obiectũ et sic capiŧ scdõ de aĩa cũ dr color est subcm̃ visus. i. obiectũ. visus eñ ferŧ in colorem vt in eiꝰ ꝓpriũ obiectũ. Scdõ subcm̃ vз tm̃ sicut verna vʼl famulꝰ ꝛ sic capiŧ ꝑmo politicoꝝ. In oĩ politiã hõs debet esse ꝑncipãs. i. dñs et subcm̃. i. famulꝰ. Tertio subcm̃ illud dr qd̃ supponiŧ alteri ꝛ sic scabellũ dr subcm̃ pedũ sic siŧr terra est subiectũ oĩm elementoꝝ. Quarto capiŧ ꝓ illo cui aliq̃d inheret subaliter vʼl accñtaliter vt materia ꝑma que est subcm̃ formarũ subaliũ. Dr eñ. j. phi. Materia est ꝑmũ subcm̃ vniuscuiusqз forꝛe. Sic paries dr subcm̃ albedinis. qꝛ est in eo albedo q̃ accñtaŧr inheret parieti. dicit eñ in antepñtis oĩe accidẽs est in subiecto. Et istis modis hic nõ capiŧ subcm̃. Scdõ capiŧ subcm̃ vt est terminꝰ scdẽ impositiõis. vñ Terminꝰ scdẽ impõnis est qui nõ imediate ꝑcat rem ad extra vt nomen ꝓnomẽ. Nomẽ eñ ꝑmo ꝑcat oĩa noĩa vt sunt illa hõ aial ꝛc. q̃ noĩa vltra ꝑcant rem ad extra. Et isto mõ subcm̃ etiaз accipiŧ q̃tuor modis. Prio capiŧ pro ꝑte ꝑncipali et materiali ꝓpõnis kathegorice ꝛ sic capiŧ in ꝑmo tractatu pe. hiſ. cũ dr. Subcm̃ est de quo dicitŧ ꝑdicatũ vt hõ est aial. Scdõ capiŧ subcm̃ ꝓ illo qd̃ habet aliqd̃ ꝓpriũ ꝛ sic capiŧ prio posteri. cũ diciŧ In demonstratõe dñt esse tria precognita scз subcm̃ passio et dignitas et sic hõ dr subcm̃. risibile aũt eiꝰ ꝓpria passio. Tertio capiŧ subcm̃ ꝓ inferiori ad aliqd̃ vʼle et supius et sic capiŧ in regula antepñtali qñ dr. Qñ alterũ ꝑdicaŧ de altero vt de subcõ. i. vt supius de inferiori. Et istis tribꝰ mõis nõ capiŧ hic subcm̃. Quarto mõ capiŧ subcm̃ ꝓ subiecto attributõis qd̃ est prio notũ in aliqua scia cõsideratũ. ꝛ isto mõ capit hic subcm̃. ꝛ mõ dicimꝰ ꝙ arñtatio est subcm̃ in tota logica. Patẽt aũt iste acceptões in his metris. vsus. Obiectũ. verna. positũ sub. cui quid inheret. Qd̃ prius est copula: ꝓpriũ logicaliter infra. Quo simul ars heret his sunt subiecta quaterna.

Notandũ scdõ ꝙ subiectũ acceptũ ꝓ

subiecto attributõis diffiniŧ sic. Subcm̃ est terminꝰ cõissimꝰ in aliqua scia ꝯsideratus. prio notꝰ. nõ excedẽs limites illiꝰ scie ad quẽ oĩa in tali scia ꝯsiderata habẽt attributõeз. In qua dione tãguŧ q̃tuor ꝯditões reqsite ad subcm̃ scie. Pria ꝯditio ꝙ subcm̃ debet esse cõissimũ in tali scia ꝯsideratũ non q̃dẽ cõissimũ in ꝑcando nec ꝑdicãdo qꝛ sic ens esset subcm̃ in q̃libз scia vt dicit Auicẽna. Nihil est ꝙ rõnem entis subterfugit. Sз subcm̃ scie debet esse cõissimũ in cõsiderando. sic ꝙ in tali scia nihil ꝯsidareŧ cõiꝰ. Scda cõditõ. ꝙ subcm̃ scie dз esse primo notũ. nõ simpliciter sec inter incõplexa et a ꝑori. Dico notãter. incõplexa: qꝛ dio subiecti est notior ꝙ subcm̃. Dr eñ sexto topicoꝝ. Dis diffinitõ est notior suo diffinito. ꝯstat autem ꝙ dio est cõplexa ex gñe et drña. Dico notãter ꝙ subcm̃ est ꝑmo notũ a ꝑori ꝓpter ꝓpriã passionem que bñ est notior subiecto. sed hoc est a posteriori. Rõ aũt quare ꝓpria passio est notior subiecto a posteriori. qꝛ ꝓpria passiõ est effectꝰ sed ipm̃ subiectũ est causa. mõ effectꝰ est notior causa a posteriori. Diciŧ eñ. j. de aĩa Accñtia magnã ꝑtem ꝯferũt ad ꝯgnoscẽdũ ꝙ quid est. Intelligẽdũ est etiã ꝙ subiectũ est ꝑmo notũ noticia gñali ꝛ cõfusa qꝛ noticia specĩali et deteriata est bñ vltimo notũ. ℂ Pro maiori intelligẽtia hoꝝ q̃ dicta sunt. Notãdũ ꝙ cognitio est duplex: q̃dã a ꝑori q̃dã aposteriori. Cognitio a ꝑori est qñ effectꝰ cognoscitur ꝑ cãm vt cum risibile cognosciŧ ꝑ aial rõnale vt pзз de hoĩe aial eñ rõnale est causa risibilitatis. Dr a ꝑori qꝛ in tali cognitiõe fit cognitõ per causaз. mõ causa est ꝑor effectu. Alia est cognitõ a posteriori et est qñ causa ꝯgnosciŧ ꝑ effectũ vt ignis per fumũ. Et dr a posteriori. qꝛ ibi ꝯgnosciŧ causa ꝑ effectũ qui est posterior sua causa. Tertia cõditio requisita ad subcm̃ scie est ꝙ subcm̃ scie non dз excedere limites illiꝰ scie. Vñ excedere limites est de eodẽ subiecto cõsiderare in sciẽtijs realiter distinctis. Dr eñ. j. posterio. ꝙ scie distinguũŧ ꝑ subiecta et g̃ vna scia nõ debet ꝯsiderare subcm̃ alterius. Quarta conditio est ꝙ oĩa cõsiderata in scia dñt habere attributõem et ordinẽ ad tale subcm̃. Rõ qꝛ subcm̃ est primũ in scia. mõ dñ ad ꝑmũ reducunŧ oĩa posteriora. Dr eñ. xij. metha. ꝙ in omĩ gñe rerũ est dare vnũ primũ qd̃ est metrũ et mensura oĩm sequẽtiũ. Omia aũt cõsiderata in scia non habẽt equaŧr attributiõem ad subiectũ. aliqua eñ habent attributiõem ad subiectũ verificatiuã de quibꝰ scз subcm̃ vere et affirmatiue ꝑdicaŧ. vt in ꝓposito nomẽ ꝓnomẽ ∂bum et ꝑticipiũ. Et alie ꝑtes hñt attributiõeз verificatiuã ad ꝑs orõnis. qꝛ ꝑs orõnis ꝑdicaŧ vere et affirmatiue de ipis. qꝛ hec est ∂a nomẽ est ꝑs orõnis. Alie aũt hñt attributonem reductiuã de q̃bus scз ipm̃ subcm̃ nõ ꝑdicaŧ vere affirmatiue. sed reducunŧ ad subiectũ sicut ꝓprietates ad illud cuiꝰ sunt ꝓprietates. vʼl sic ꝑuatõ ad suũ hitũ. Isto mõ accñia ꝑtiũ orõis hñt attributõeз reductiuaз ad subcm̃ huiꝰ scie sic ꝓprietates ad illud cuiꝰ sunt ꝓprietates. hec eñ nõ ẽ ∂a. q̃litas vʼl cõꝑatio ẽ ꝑs orõis. sed hec est ∂a. q̃litas vʼl cõꝑatio ẽ ꝑtis orõis.

Notandũ tertio ꝙ ꝑs orõis diffiniŧ sic

cõiter. Pars orõnis est dictio apta nata integrare orõem latinã. Cuiꝰ dionis declaratio latius tractabiŧ in q̃stiõe sequẽti. Propria aũt passio huiꝰ subiecti est declinabile vʼl indeclinabile oĩs eñ ꝑs orõnis aut est declinabilis aut in declinabilis vt dicetur inferiꝰ. Demõstraŧ aũt ista ꝓpria passio de subiecto modo cõi. ponẽdo dionẽ subiecti ꝓ medio. ꝓpriã passiõem ꝓ maiori extremitate et ipm̃ subcm̃ pro minori extremitate formãdo arñtũ in barbara vʼl in darij. ꝛ formaŧ sic. Ois dcõ apta nata integre orõnẽ latinã est decliabilis vʼl indeclinabilis. Sз ois ꝑs orõnis est dcõ apta nata integre orõem latinã. g̃ ois ꝑs orõnis est declinabilis vʼl indeclinabilis. tз ꝯña in ꝑmo mõ ꝑme figure scз barbara. Maior est nota. qꝛ ꝓpria passio ꝑdicaŧ de dione subiecti. Minor ẽ nota. qꝛ dio ꝑdicaŧ de diffinito. ꝛ sic cũ maior ꝛ mior sũt ∂e etiã ꝯclõ ex eis illata ẽ ∂a. Pro intelligẽtia huiꝰ. q̃o ꝓpria passio demõstraŧ de subcõ. Scim ꝙ demõstrare ꝓpriã passiõnẽ de subcõ ẽ forꝛare arñtũ syllogisticũ ꝛ forꝛale in cuius ꝯclone. ꝓpria passio ꝑdicaŧ de subctõ ꝛ fit tŧis demfatio in aliq̃ mõ euidẽti. mõi ãt euidẽtiores aliũs sunt q̃tuor. duo q̃ regŧanŧ ꝑ dici de oĩ. barbara et darij: et duo q̃ regŧanŧ ꝑ dici de nullo vt celarẽt et ferio.

Notandū q̄rtō et vltio q̄ p̄s orōis cōsiderat̄ dupl̄r. Vno° in ordīe ad aliā ocōem cū qua p̄t integrare et p̄ponere ocōem latinā et sic nō p̄siderat̄ hic. sed sic p̄tinet ad dyasinthetica. et isto mō de p̄te orōnis deteriatur ī scōa p̄te alexādri. sil̄r in miori volūie p̄sciani. in dyasinthetica enī deteriatur de p̄te orōis inq̄ntū vna ocō cū alia cōstituit regimē et p̄structiōz. Secūdo. p̄siderat̄ p̄s orōis absolute sub rōe mōi s̄cādi essentialis vl̄ accn̄talis. et sic cōsiderat̄ hic. et vt sic est ethimologie p̄sideratiōis. Sequit̄ correlarie q̄ nō est incōueniēs in diuersis p̄tib⁹ ḡmatice deteriare de p̄te orōnis sub diuersis modis licet sub eodē mō ɀ eadē rōne nō vz. diuersi enī artifices p̄nt p̄siderare idē obiectū materiale. sed nō formale vt declarat̄. j. posteri. Istis notabilib⁹ sic stātib⁹ est. Cōclusio rn̄salis. p̄s orōis p̄siderata in ordīe ad accn̄a sua ḡmaticalr̄ ei cōueniētia vt est ethimologie p̄sideratiōis est subcm̄ in scīa donati. Dico notāter q̄ p̄s orōis est hic subcm̄ vt p̄siderat̄ in ordīe ad accn̄tia sua q̄ꝛ p̄siderādo p̄te orōis in ordīe ad p̄structiōez et regimē nō est hic subcm̄ sed potius in scōa p̄te alexādri p̄bat̄ veritas p̄cl'onis. subcm̄ scīe dz esse p̄io notū ɀ ad q̄d oīa reducunt̄ p̄siderata in tali scīa. sed oīa p̄siderata in scīa donati h̄nt ordinē et reductiōem ad p̄te orōnis. ḡ p̄s orōis ē subcm̄ ī scīa donati. maior p̄z ex diōe subcī mīor p̄z ex declaratis.

Ar Primo p̄s orōis nō est subcm̄ in scīa donati igit̄ p̄bat̄ an̄s. q̄ꝛ ens est subiectū in scīa donati igit̄ nō p̄s orōis tenet p̄n̄a. q̄ꝛ vnius scīe est vnū subiectū vt p̄z. j. posterio. an̄s p̄bat̄ q̄ꝛ sequit̄ bn̄ p̄s orōnis est subcm̄ in scīa donati ergo ens est subcm̄ in scīa donati. tz p̄n̄a ab inferiori ad sup̄ius. ℂ Dico vm̄ argumētū p̄cludit q̄ arguēdo ab inferiori ad sup̄. p̄n̄a bn̄ vz q̄n̄ arguit̄ in suppōne p̄sonali vt Joānes currit ḡ hō currit. sed hic arguit̄ in suppōne materiali.

Ar Scōo p̄s orōnis non est subiectū in scīa donati. p̄bat̄ nullū subcm̄ debet excedere limites. sed p̄s orōis excedit limites. maior p̄z ex diōne subiecti mīor p̄z q̄ꝛ in dyasinthetica etiā deteriat̄ de p̄te orōis vt in scōa p̄te alexandri. mō dyasinthetica est p̄s ḡmatice realr̄ distincta ab ethimologia de q̄ deteriatur in scīa donati. ℂ Dico vm̄ argumētū p̄cludit q̄ in dyasinthetica vt in miori volūine p̄sciani. sil̄r in scōa p̄te alexandri determinat̄ de p̄te orōis et etiā in scīa donati sed nō eodē mō. q̄ꝛ in dyasinthetica deteriat̄ de p̄te orōis p̄tracto mō inq̄ntum vna ocō cū alia p̄stituit regimē ɀ cōstructiōez. sed in scīa donati determiat̄ de p̄te orōis absolute in ordīe ad modū s̄cādi essentialē et accn̄talē et nō in ordīe ad regimē et p̄structōem sic etiā in libris p̄iermeniaꝝ determinat̄ de p̄te orōnis quo ad veritatem et falsitatem et propositionis cōstitutionem.

Ar Tertio p̄s orōnis nō est subcm̄ in scīa donati igit̄. p̄bat̄ aīa ē subcm̄ in scientia donati igit̄ nō p̄s orōis. tz p̄n̄a q̄ꝛ eiusdē scīe non d̄nt esse plura subcā vt p̄z. j. posterio. an̄s est aristo. in p̄ntis auctoritas. cū d̄r q̄ oīs scīa est in aīa et oīs color in corpe. ℂ Dico vm̄ arḡntū p̄cludit q̄ oīs scīa ē ī aīa inhesiue. ɀ aīa ē subcm̄ sciaꝝ inhesiōis. mō ħ d̄r q̄ p̄s orōis ē subcm̄ scīe donati attributōis.

Ar Quarto p̄s orōis non est subcm̄ in scīa donati p̄bat̄ sic. nulla p̄s orōis est subcm̄ in scīa donati ḡ p̄s orōis non est subcm̄ in scīa donati. tz p̄n̄a a subalternāte ad subalternatā. an̄s p̄bat̄. q̄ꝛ nomē nō ē subcm̄ in scīa donati nec p̄nomē nec v̄bum et sic de aliis ḡ nulla p̄s orōis ē subcm̄ in scīa donati tenet p̄n̄a ab inducentibus ad inductā. ℂ Dico verum argumētum p̄cludit q̄ p̄n̄a a subalternāte ad subalternatā bn̄ vz q̄n̄ non variatur suppō in genere. modo in p̄dicto aiātō variat̄ suppō ī ḡnē. q̄ꝛ in an̄te cū d̄r nulla p̄s orōis ē subcm̄ in scīa donati p̄s orōis supponit p̄sonaliter rōne illi⁹ signi nulla. sed in p̄n̄a cum dic̄ p̄s orōnis nō est subiectū in scientia donati. p̄s orōnis supponit materialiter vel simpliciter.

Ar Quinto p̄s orōis non est subcm̄ in scīa donati p̄bat̄ ad subcm̄ scīe oīa debēt h̄re attributiōem et reductōem sed non oīa cōsiderata in scīa donati p̄tiōnē ad p̄s orōnis. ergo p̄s orōis nō est subcm̄ maior p̄z ex diōne subiecti mīor q̄ꝛ in scīa donati determinat̄ de accn̄tib⁹ p̄tiū orōis que nō h̄nt attributōem ad subiectū. q̄ꝛ hec est falsa p̄s oratōis est accn̄s. vt q̄litas cōpatio. omne accn̄s distinguit̄ a suo subiecto. ℂ Dico verū arn̄tū p̄cludit. q̄ accn̄tia p̄tiū orōnis non habent attributiōem ad subiectum verificatiuam. tamen habent reductiuam. q̄ꝛ accidentia reducunt̄ ad p̄tem orōnis sicut proprietas ad suum subiectū.

Ar Sexto p̄s orōnis nō est subiectū in scīa donati p̄batur nec in signo nec in signato tz p̄n̄tia ex sufficiēti diuisiōe. Q̄ꝛ nō in signo p̄bat̄ oīs scīa capit dignitatē a subiecto. sed vnus term in⁹ nō est dignior altero igit̄ p̄s orōis non est subiectū in signo. Maior est Aristo. j. posterioꝝ. Minor q̄ꝛ oīs terminus est vox modo vox vt vox nuda est. imo oēs voces eq̄liter p̄ticipāt naturā sui generis. Nec enī pōt dici q̄ p̄s orōis in signato esset hic subiectū. p̄bat̄ oīs p̄pria passio debet demōstrari de suo subiecto. sed p̄pria passio nō p̄dicat̄ de re sed de termīo igit̄ p̄s orōnis in signo et nō in signato debet assignari p̄ subiecto tenet p̄n̄tia. q̄ꝛ res realis nō est subiectū nec p̄dicatum. sed terminus s̄cans rem est subiectū vl̄ p̄dicatū. Dico verū argumentū p̄cludit q̄ p̄s orōnis nec in signo tm̄ nec in signato tm̄ est subcm̄ in scīa donati sed vtrūq̄ꝫ simul. In eo enī q̄ p̄pria passio demonstrat̄ de subiecto hic considerstur subiectū signi. In eo aūt q̄ scīa capit dignitatē a subiecto p̄siderat̄ subiectū signati. et illa subiecta sunt subordinata et habēt se s̄m ordinem quia vnum dicitur ad aliud et sic eiusdem scientie possunt esse plura subiecta subordinata.

Ar Septimo. Pars orōnis nō est subiectū in scīa donati. igit̄ p̄bat̄ q̄ꝛ nec in suppōne materiali nec simplici nec p̄sonali. Nō in simplici quia termin⁹ supponit simpl̄r pro cōceptu rei modo cōceptus nō est subiectum in scīa. nec in suppōne p̄sonali. p̄batur q̄ꝛ in logica est vna regula. q̄ omne subiectū scīe supponit materialr̄. Nō etiā in suppōne materiali p̄batur q̄ꝛ p̄pria passio debet demōstrari de suo subiecto. sed dici de p̄supponit esse in. vt dicit Alber. sup veteri arte. s̄ cōstat q̄ p̄pria passio non est in termīo sed in re s̄cata. ḡ etiā in suppōe materiali nō est subcm̄. Dico verū argumentū p̄cludit vt dicūt cōes logici q̄ omne subiectū scīe supponit materialr. nō pro se sed p̄ alio termio p̄sonaliter supponēte. vt hic p̄s orōis est subcm̄ in scīctia donati. p̄s orōnis suppōit materialr̄ p̄ alio termio sibi simili. vt pro isto termio p̄s orōnis. in ista p̄positōne oīs p̄s orōnis aut est declinabilis aut indeclinabilis. in qua supponit personaliter Petrus aūt hyspanus dicit q̄ subiectū scientie cuiuslibet supponit simpliciter. nō p̄ conceptu rei vt dicunt cōmunes logici. sed pro natura rei in cōmuni.

Ar Vltio p̄s orōnis nō est subiectū in scīa donati p̄batur sic oīe subiectū scientie debet esse p̄mo notū. sed p̄s orōnis est vltio notuz igit̄. Maior p̄z ex diōe subiecti. Minor p̄z q̄ꝛ postq̄ aliquis studet p̄fecte in scīa donati. tūc vltio intelligit naturā p̄tis orōnis. Dico veꝝ argumētū p̄cludit q̄ subcm̄ debz eē primo notum notitia generali ɀ confusa. ħ p̄gnitiōe determinata et perfecta est bene vltimo notum et p̄gnitum.

Partes orarōis quot sunt. Octo. Que. Nomen. p̄nomen. verbum. aduerbiū. participiū. coniūctio. prepositio. interiectio.

Vtruꝫ tm̄ octo sint p̄tes orōnis scz nomen

p̄nomē verbū aduerbiū ɀc. Pro intellectōe questiōis mote. ℂ Notandum p̄mo q̄ p̄s orōnis describit̄ sic cōiter. Pars orōnis est apta nata integrare orōnē

latinā. Sequit correlarie primo q lr̄e ⁊ syllabe nō sunt ptes orōnis pz q lr̄e et syllabe integrāt orōnem latinā. q lr̄e cōponūt syllabā et syllabe dictōz: dictō aūt orōne. ergo excludūt in diffinitione ī eo q dicit dictō. lr̄e em̄ nō sūt dictō. Seqtur correlarie scd̄o q non requirit ad dictōnem que debet esse ps orōis q actu ponat in orōne sed sufficit q apta nata sit poni ī orōne. Sequit correlarie tertio q ista dictō homo absolute plata est ps orōnis. patet correlariū ex diffinitione ptis orōnis pz etiā q cū dictō. hō. actu est nomē ergo actu est ps orōnis. ⁊ sic pña ab inferiori ad supius a pte pdicati. Et capit hic ps orōnis incōplexe p vna dcōne cōposita ex rctō et obliq ⁊ declinat ex pte recti. ex pte aūt obliq est indeclinabil'. Sequit correlarie q̄rto q hec cōsequētia nō vz. hec dcō hō. absolute sūmpta nulli⁹ orōis est ps ḡ nō est ps orōis. q in añte ps orōis capit cōplexe. ⁊ in cōsequēte capit incōplexe p vna dcōne. ⁊ sic cōmittit fall'a equiuocatōis: ⁊ si dr̄ tū noīa ⁊ verba trāsposita idē sĩcāt. verū est si capiūt termini eodē mō. qliter nō est hic vt declaratū est. Alio° ps orōis describit sic. Pars orōnis est dcō sĩcās mentis cōceptū vel affectū in se vl' in toto. Que diffinitō sic declarat. cū em̄ dr̄ mentis affectū ibi tangit interiectō que sĩcat mētis affectū vt postea dicet. Sz cū dr̄ vel cōceptū tāgūt alie septē ptes. Vñ sĩcare mētis affectū ē sĩcare aliqd sine deliberatōe et qd̄ pfert sine deliberatiōe vt interiectō q̄ pfert in cōgnita voce ⁊ sic interiectō quo ad audiētē bñ sĩcat cōceptū sed q̄ ad pferētē sĩcat affectū. Sz sĩcare cōceptū est sĩcare aliqd qd̄ est impositū ad sĩcandū et qd̄ pfert ex deliberatōne. Cum aūt dicitur in se tāguntur ptes declinabiles que per se ⁊ in se sĩcant. Sed cum dicit in toto tāguntur ptes indeclinabiles que p se non sĩcāt sed consignificāt tm̄ et significant dispositiones rerum sĩcant tm̄ cum adiūctione aliaz ptiū. sinkathegreuma em̄ dicitur a sin qd̄ est. con. ⁊ kathegreuma sĩcatiuū quasi cum alio sĩcatiuū. modo ptes indeclinabiles sunt kathegreumata.

Notādū scd̄o q ptes orōis cōsiderant

dupl'r. Vno mō in ordine ad suū gen⁹ sub quo cōtinētur vt ad ps orōis. ⁊ sic inter eas nō est ordo. Rō q inter spēs eiusdē gn̄is nō est ordo vt dixit porphiri⁹. Rō q spēs dn̄t esse coeque sub suo gn̄e ⁊ eq̄liter dn̄t pticipare naturā sui gn̄is. Secūdo considerant ptes orōis inter se. et sic vna est pfectior alia. Rō ptes em̄ declinabiles cōpate ad ptes indeclinabiles pfectiores sunt. declinabiles em̄ sĩcāt rem indeclinabiles aūt circūstācias reʒ modo digni⁹ est res q circūstātia rei. vñ et ptes declinabiles vocant kathegreumata indeclinabiles aūt sinkathegreumata. kathegreuma aūt est digni⁹ q sinkathegreuma diuersiz tm̄ ordinē inter ptes orōis ponit donat⁹ et aliū sil'r priscian⁹. ¶ Ordo ptiū orōis sm̄ priscianū est iste. primo posuit nomen q nomē sĩcat subam. vbū vo accn̄s mō suba est prior accn̄tie natura et diffinitione tēpe. vt pz 7 metaph. Scd̄o ordine posuit vbū. eo qd̄ ex noīe et verbo cōstruit orō pfctā queādmodū in natura ex materia et forma cōstruit cōpositū. Tertio ordine ponit pticipiū eo q tale imediate deriuat ⁊ nascit a vbo mō rctē effect⁹ debet seq suā causam. Quarto loco poit pnomen. q ipm ponit loco noīs. ḡ etiā nō remote dz distare a noīe. Quīto loco poit ppōnē pmā inter ptes indeclinabiles. pter hoc q ipa ppō deseruit ptib⁹ casualib⁹ ⁊ q nomē est pma ps inter ptes declīabiles. ḡ sil'r ppō dz eē pma inter ptes īdeclīabiles. Sexto loco ponit aduerbiū. q aduerbiū est deteriatiuū vbi. sicut ḡ vbum ponit scd̄o loco inter ptes declinabiles sic aduerbium debet poni secundo loco inter partes indeclinabiles. Septimo ⁊ vltimo loco ponit coniunctionem coniūctio em̄ vnit et cōiungit alias ptes vnibilia aūt pora sunt natural'r q illud qd̄ ea vnit ⁊ cōiūgit. Interiectiōez aūt nō ponit exp̄sse. sed cōphendit sub aduerbio. Rō q sic aduerbiuz determīat vbum. sic ⁊ ipsa interiectō vt postea dicet. ¶ Ordo aūt donati est iste. Primo ponit nomē q nomē sĩcat subam mō suba est prior ceteris ⁊ suppositum oīm aliorū. Scd̄o ponit pnomē ideo q pnomē sĩcat subam sicut nomē licz non

eodē mō vt patebit inferi⁹. ergo pter cōformitatē sĩcatiōis pnomē poit circa nomen imediate. Etiaz ideo q pnomen est inuentū pter nomē ⁊ q loco eius poneret. ergo pnomē ponit immediate post nomē. Tertio loco ponit verbū. q vbū sĩcat accn̄s nomē aūt et pnomē subam. modo accn̄s est post subam sicut effectus post suam causaz. Quarto vo ordine ponit aduerbiū ideo q aduerbium est determiatio verbi. mō ois determiatio recto ordie debz sequi suuz determinabile. Quinto ordie ponit pticipiū qd̄ imediate deriuat a vbo. ⁊ ergo etiā non remote debet distare a vbo. Sexto ponit cōiūctiōez ideo q cōiunctio cōiūgit ceteras ptes ⁊ maxīe declinabiles ergo debet poni post declinabiles vnibilia em̄ dn̄t pcedere illud qd̄ ea vnit ⁊ cōiūgit. Septio ponit ppōnē que deseruit ptib⁹ casualib⁹. vñ ⁊ merito ipis postponit. seru⁹ em̄ sequit dn̄m suū. Vltio ponit interiectiōez pter ei⁹ imperfectōz interiectio em̄ sĩcat mētis affectū alie aūt ptes mētis conceptū. digni⁹ aūt ē sĩcare mētis cōceptū q affectū rctē ḡ iteriectō vltio loco ponit.

Notādū tertio q ps orōnis est duplex

scz declinabilis et indeclinabilis. Pars orōnis declīabilis est dcō q̄ sm̄ sui pmariam sĩcatiōem apta nata est inflecti p diuersas pprietates casuales vl' psonales casuales vt nomē pnomē et pticipiū. psonales vt verbuz. Et ptes declinabiles sunt q̄tuor. s. nomē pnomē vbū et pticipiū. Sed ps indeclinabilis est dcō q̄ sm̄ sui sĩcatōz pmariā nō est apta nata inflecti p diuersas pprietates casuales vl' psonales. Et sunt q̄tuor. s. aduerbiū cōiūctō ppositio ⁊ interiectō. Capit aūt sufficientia octo ptiū orōis sic. Oīs ps orōnis aut est declinabilis aut indeclinabilis. Si declinabilis hoc est dupl'r. Aut sĩcat cū tēpore et casu ⁊ sic est pticipiū. aut cū tempore et sine casu sic est verbū. Si aūt sĩcat sine tēpore hoc est dupliciter. Aut cum qualitate et determiata apphensiōe et sic est nomē, aut sine qualitate et indeterminata apphensione sic est pnomen. Si autez est indeclinabilis hoc tripl'r. aut em̄ est determiatiua sĩcati vbalis et sic est dupl'r. aut hz vnū accn̄s tm̄ et determinat vnū et sic est interiectō. Aut hz plura accidētia et sic est aduerbiū. q hz tria. Si aūt ps indeclinabilis est retorsiua casualis ad actū verbi et sic est ppositio. Si vo ē cōiūctiua vtriusqz ⁊ sic est cōiūctō q cōiūgit ceteras ptes vt postea dicet.

Notādum quarto et vltimo. q ista q̄

tuor. vox. dictio. ps orōnis. ⁊ cōstructibile sunt idē materiał'r ⁊ sm̄ subaz. dn̄t tm̄ formaliter. Idē em̄ pōt dici vox. dctō. ps orōnis ⁊ cōstructibile. licet non eadem rōne vt patet de ista dictōe hō. que dicit vox dictio ps orōnis et cōstructibile. Dicit pmo vox quātū ad pnūciationē ⁊ plātiōez absolute inq̄ntū scz ē son⁹ ab ore aīalis platus naturalib⁹ instrumētis. et inq̄ntū est absoluta ab omni sĩcatione. vñ et dicit autor modoruz sĩcandi. Vox vt vox nuda. Scd̄o dicit dctō inquantū sĩcat aliqd ad placitū et volūtatē pmi instituentis. dicit em̄ dctō quasi dicens et sĩcans rem. vt illa dctō homo inq̄ntū sĩcat aīal rōnale dicit dictō. Tertio dicit ps orōnis inq̄ntū vltra sĩcatum suū qd̄ ex impōne sĩcat primi impositoris habet modū significandi essentialē gn̄alem et specialem rōne cui⁹ sub certa pte orationis collocat. mod⁹ em̄ sĩcandi psupponit sĩcatū rei vt postea dicet. Dicit aūt quarto constructibile inquantum habet modos sĩcandi accn̄tales respectiuos qui sunt pncipiū cōgruitatis ⁊ cōstructōis vt em̄ determiatur in dyasinthetica modi sĩcandi accn̄tales sunt pncipiū cōstructiōis et cōgruitatis. Que quatuor pdicta pulchre tāgit autor modoʒ sĩcādi cū dixit. Vox vt vox nuda fit dctō si sibi detur. Signādi rō. pars si cōsignificet. Hinc modus essendi qd̄ cōstruitur facit accn̄. Vn̄t em̄ se illa quatuor pdicta. vox. dctō. ps orōnis et cōstructibile sicut supius ⁊ inferi⁹ recte sicut se hn̄t ista q̄tuor martin⁹. vir. aīal et suba. sicut em̄ omne illud

q̄ᵭ est martinꝰ est vir. sed nō ecōuerso. qꝛ non oīs vir vocatꝛ martinꝰ. et oīs vir
est aīal. sed non ecōuerso oīe aīal est vir. et oīe aīal est substātia. sed nō ecōuerso
oīs subā est aīal. Sic est in ꝓposito oīs dictio est vox. sed nō ecōuerso. oīs vox est
dictō formalꝛ. qꝛ vox vt vox est nuda. sed dictō vltra vocē importat et designat
impoēm ad placitū. Siłr oīs ꝑsoꝛonis est dictō ẜcatius et non ecōuerso. oīs
dictō vt sic est formałr ꝑsoꝛonis. ꝑsoꝛōis eīn formałr dꝫ modū ẜcandi essencialē
speciuocū rōe cuiꝰ ꝛ ꝑ quē formałr est ꝑs; et rōe cuiꝰ aliq̄d locatur sub ꝑte dictō
aūt vt dictō solum ẜcatum et impōnez ad placituꝫ rem ẜcandam designat. Siłr
oīe cōstructibile est ꝑsoꝛonis qꝛ cōstructibile etiā ꝑsupponit modū ẜcandi eēn-
tialem. sed non ecōuerso oīs ꝑsoꝛonis formaliter est cōstructibile. ꝯstructibi-
le eīn importat modū ẜcandi accn̄talem respectiuū rōne cuius construitꝛ cū alio
ꝯstructibili. ꝑsoꝛonis vt sic nō importat modū ẜcandi accn̄talem sed essentialem
tm̄. vnde dicit autoꝛ modoꝛum ẜcandi Vt vir martinꝰ animal suba dantur. Sic
cōstructibile pars dictio habeantꝛ. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis Tantū octo sunt

ꝑtesoꝛonis speciuoce distincte in modis ẜcadi formalibꝰ nō coincidētes a dona
to posite ẜm diuisiōem mediatā et cōiter ꝯsuetam fieri. Veritas huiꝰ cōclusio-
nis ꝑꝫ ex sufficientia octo ꝑtiūoꝛonis de qua dictū est sufficiēter in tertio nota-
bili. Dicitꝛ ꝑmo in cōclusiōe tm̄ octo sunt ꝑtesoꝛōis speciuoce distincte. qꝛ distin
guēdo ꝑtesoꝛōis nūeraliter plꝛes sunt q̄ꝫ octo. ꝑꝫ qꝛ plura sunt noīa q̄ꝫ octo siłr
verba. modo oīe nomē est ꝑsoꝛōnis siłr omne verbū. sed hec distinctio vł mul-
titudo est tm̄ nūeralis. Dico scđo in modo ẜcandi formali non coincidētes vł ꝯ
uenientes. qꝛ ꝑtesoꝛōnis ꝑn̄t coincidere vel cōuenire in modo ẜcandi materiali.
vt nomen ꝓnomen ꝯueniunt in modo ẜcandi materiali. qꝛ tam nomē q̄ꝫ ꝓnomē
ẜcant substātiā. licꝫ non eodē mō vt postea dicetꝛ. Pro quo sciendū. modꝰ ẜcandi
est duplex. scꝫ materialis ꝛ formalis. Materialis est qui in pluribꝰ ꝑtibꝰ reperi-
tur q̄ꝫ in vna vt ẜcare ꝑ modū entis vł subām est modꝰ ẜcandi materialis nōis
qui etiā reperitur in ꝓnomine. Dicitꝛ eīn ꝑmo de gn̄atione q̄ꝫ rō materie est ratio
ꝯueniētie. oīa eīn gn̄abilia et corruptibilia in materia cōueniūt. et h̄ modus ẜcā
di etiaꝫ gn̄alis dicitꝛ. nec ꝑ eum vna ꝑsoꝛōis distinguitꝛ ab alia. sed potius in ipso
plures ꝑtes ꝯueniūt. Modus ẜcandi formalis est qui tm̄ reperitur in vna ꝑteoꝛo
nis. et ꝑ quē vna ꝑsoꝛonis ab alia distinguitꝛ et differt. vt ẜcare ꝑ modū determi
nate appꝛhensionis est modꝰ ẜcandi formalis nōis. Nomen eīn distinguitꝛ a ꝓno
mine ꝑ hoc q̄ꝫ nomē ẜcat ꝑ modū determiate appꝛhensiōis. ꝓnomen vō ẜcat per
modū indetermiate appꝛhensiōis. Dicitꝛ eīn. vij. metaph̄. q̄ꝫ forma est que seꝑat ꝛ
distinguit. Dicitꝛ tertio in cōclōne a donato posite. qꝛ ꝑtesoꝛonis que posite sunt
ab aliȷ̄s ꝑn̄t esse plures q̄ꝫ octo vel etiā pauciores. sed a donato posite sunt octo.
logici eīn tantū ponūt duas ꝑtesoꝛonis. s. nomen et verbū. Greci vō vltra octo
addunt nonā. vicꝫ articulū. vn̄ dicit floꝛista. Articulos greci ponūt caruere lati
ni. Et ponūt ꝑtes ꝓ talibus articularibꝰ. Dꝛ quarto ẜm diuisionez mediatā. qꝛ
ẜm diuisionē immediatā solū essent due. oīs ꝑsoꝛonis aut est declinabilis aut
indeclinabilis. vt dictū est in sufficientia ꝑtiūoꝛonis in tertio notabili.

Ar Primo nō sunt octo ꝑtesoꝛonis. ꝗ̄ cōclusio fł̄a. ꝓbatur aiis qꝛ nomē et ꝓ
nomen nō sunt ꝑtes distincte. igitꝛ nō sunt octo ꝓbatꝛ aīs. Ille ꝑtes sunt
distincte que h̄nt distinctos modos ẜcandi sed nomē et ꝓnomen nō ha-
bent distinctos modos ẜcandi igitꝛ maioꝛ. qꝛ ꝑtesoꝛōis distinguūtur ꝑ modos
ẜcandi minoꝛ. qꝛ tā nomen q̄ꝫ ꝓnomē ẜcant ꝑ modum entis. vt dicit autoꝛ mo
doꝛū ẜcandi. Dico verū arn̄tū ꝯcludit q̄ꝫ nomē et ꝓnomē h̄nt eundē modū ẜcan
di generalem et materialē. sed nō specialeꝫ et formalē. vt postea declarabitꝛ. modo

ꝑtesoꝛationis distinguūtꝛ penes modos significandi formales.

Ar Secundo tm̄ due sunt ꝑtesoꝛōnis. ergo nō octo. ꝓbatur aīs omne verū
vero consonat sed tm̄ due sunt ꝑtesoꝛōis ẜm logicū ꝗ̄ etiā tm̄ due sunt se
cūdum grāmaticū. Maioꝛ est aristo. i. ethicoꝝ. Minoꝛ patet autoꝛitate pe
tri hyspani qui dicit q̄ꝫ dyalecticꝰ tm̄ cōsiderat duas ꝑtesoꝛōnis. ¶ Dico verū ar
gumētum ꝯcludit q̄ꝫ oīe verum vero cōsonat si illa vera cōsiderantꝛ eodem mo
do. si aūt diuersimode non opꝫ modo logicꝰ aliter cōsiderat ꝑtesoꝛōnis et ali
ter grāmaticꝰ. logicꝰ quo ad verū ꝛ fłm. ꝑ grāmaticꝰ quo ad cōgruū ꝛ inꝯgruū
et sic argumētum non cōcludit. Etiā dico q̄ꝫ licet logicus ponit tm̄ duas ꝑtes
oꝛōnis exꝑsse tn̄ implicite etiam ponit octo. sub nomine eīn cōpꝛehēdit ꝓnomen
et ꝑticipium. ꝑtes aūt indeclinabiles vocat sinkathegreumaticas et minꝰ ꝑnci-
pales. Et ratio huiꝰ quare logicus tm̄ ponit duas ꝑtesoꝛōnis. et grāmaticus
octo. qꝛ logicus cōsiderat ꝑtesoꝛōnis quo ad veritatē et falsitatē. et quo ad pro
positiōis vere et false ꝯstitutionē. sed ad cōstitutionē ꝓpōnis vere vł false suffici-
unt due ꝑtes ergo cōsiderat duas ꝑtes. Grāmaticꝰ aūt cōsiderat ꝑtesoꝛōnis in
q̄ꝫtum per eas exprimitꝛ mētis cōceptꝰ. si aūt mētis conceptꝰ dꝫ cōplete ꝛ ꝑfecte
exꝑmi necessario requirūtur octo. ꝛ ergo grāmaticꝰ ponit octo ꝑtesoꝛationis.

Ar Tertio tm̄ due sunt ꝑtesoꝛōnis igitur nō octo. ꝓbatur aīs tot sunt par
tesoꝛōnis quot sufficiūt ad oꝛōnem ꝑfectam et congruā. sed due sufficiūt
igitur tantū due sunt ꝑtesoꝛōnis. Maioꝛ qꝛ non est ponenda pluralitas si
ne necessitate pctm̄ eīn est fieri per plura q̄ᵭ potest fieri ꝑ pauciora. vt dicitur. i.
phisicoꝝ. Minoꝛ qꝛ ex nomie et verbo cōstituitur oꝛō ꝑfecta. ¶ Dico verū argu
mentū cōcludit q̄ᵭ oratio ꝑfecta essentialiter cōstituitꝛ ex nomine ꝛ verbo sufficiē
ter ꝛ in genere. oꝛō tn̄ perfecta in spē et accn̄taliter nō sufficienter ꝯstituitꝛ ex no-
mine et verbo. quia ad talem etiā requiruntꝛ alie ꝑtes. Et sic dico q̄ꝫ pctm̄ est fie
ri per plura q̄ᵭ eque bn̄ potest fieri per pauciora. et sic argumentū non cōcludit.

Ar Quarto interiectio non est ꝑsoꝛōnis. igitur non sunt octo. ꝓbatur aīs
autoꝛitate prisciani qui nō ponit interiectiōem et probatꝛ rōne. oīs ꝑs
oꝛōnis debet ẜcare mentis conceptū. sed interiectio significat mentis af
fectū igitur. Maioꝛ patet ex dīone ꝑtisoꝛōnis. Minoꝛ ex dīone interiectōis. inter
iectio eīn significat mentis affectū. ¶. Dico verum argumentū cōcludit. q̄ꝫ licꝫ
ipse priscianꝰ nō ponit interiectiōem exꝑsse tn̄ implicite. qꝛ compꝛehendit ipsam
sub aduerbio. ¶ Dico aūt ad rōnem q̄ꝫ licꝫ interiectō quo ad ꝓferentē non ẜcat
mentis conceptū. tn̄ quo ad audiētē ꝛ hoc sufficit et etiā ꝑsoꝛōis proprie dicta de
bet significare mentis conceptum. modo interiectio est pars cōmuniter sumpta
vt dicetur inferius.

Ar Quinto plures sunt ꝑtesoꝛōnis q̄ꝫ octo. ꝓbatur qꝛ barbarismꝰ et soleo-
cismꝰ etiā sunt ꝑtesoꝛōnis vt patet ꝑ donatuꝫ in libello de soleocismo et
barbarismo. ¶ Dico vm̄ argn̄tū cōcludit si donatus voluisset q̄ꝫ barba-
rismꝰ et soleocismus essent ꝑtesoꝛōnis. sed vult q̄ꝫ barbarismus et soleocismus
sunt vitia commissa circa ꝑtesoꝛationis. vnde Barbarismus fit quando syllaba
indebite profertur quo ad accētū vt dicendo dn̄s media ꝓducta. Sed soleocis
mus fit quando cōstructibilia indebite coniūguntur sub diuersitate accidentium
grammaticalium. vt meus mater.

Ar Sexto. plures sunt ꝑtesoꝛōnis q̄ꝫ octo. ꝓbatur qꝛ articulus etiā est ꝑs
oꝛōnis. ꝓbatur greci ponūt articulum. ergo etiā latini debēt ponere. te
net ꝯn̄tia. qꝛ omnis latinitas est oꝛta a grecis vt dicit priscianus in ꝓhe
mio maioris volūinis]. ¶ Dico q̄ꝫ cōclusio intelligitꝛ q̄ꝫ tm̄ octo sunt ꝑtesoꝛō-
nis. verū est a donato posite. et apud latinos. articulꝰ aūt ponitꝛ a grecis. Et ra
tio quare apud grecos ponitur articulus et non apud latinos. qꝛ dīones grece
sunt minus flexibiles ẜm vocē in diuersitate generū casuū et nūeroꝛum q̄ꝫ latine.
c

et ideo ad tollendũ hanc confusionem in discretione gñis numerorũ et casuũ ne cessarius fuit grecis articulus et nõ latinis. et sic latini loco tali ponũt ꝓnomẽ articulare. per qđ cognoscunt genera numeros et casum.

Ar Septimo. inter ꝑtes orõnis non est ordo. igit ꝓbatur. inter species eiusdẽ generis non est ordo. sed octo ꝑtes orõis sunt spẽs eiusdẽ generis. igitur Maior est purphirij qui ostẽdit ꝙ species debẽt esse coequeue sub genere et equaliter participare naturam generis. Minor est nota. quia ꝑs orationis est genus ad ista octo. ¶ Dico verum argumẽtum cõcludit ꝙ inter ꝑtes orõnis nõ est ordo comparando ea in ordine ad genus sed comparãdo ea inter se inter ipsas est ordo. vt dictum est in tertio notabili.

Ar Octauo. verbum debet esse ṗma ꝑs orõnis ğ nõ nomẽ ꝓbatur aĩs. neces saria debent esse ṗora. sed verbum est ꝑs orõnis plus necessaria. igit. Maior est nota. Minor qꝛ orõ ꝑfecta non pt constitui sine v̄bo sed orõ ꝑfecta potest cõstitui sine nomĩe vt dđo ningit. tonat. videtur ğ ꝙ verbum sit ꝑs plꝰ ne cessaria ꝙ̄ nomen. ¶ Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ verbũ cõstituit orõnem ꝑ fectã. scꝫ non rõne sui. sed rõne nti subintelecti. et in verbis p̄dictis intelligit no minatiuus vł nomẽ natura vel deus quia valet tm̃ deus vel natura tonat.

Ar Nono. verbum debet p̄cedere nomẽ. igitur ꝓbatur qꝛ accñs est pri⁹ sub stantia. sed verbum ſcat accidens. nomẽ substãntiã igitur. Maior ptꝫ. qꝛ accñs ducit nos in ꝯgnitõem substantie. Dicit eñ. j. de anima. Accidẽtia magnam ꝑtẽ conferunt ad ꝯgnoscendum ꝙ quid est. i. subam modo oĩs ꝯgnitio fit ꝑ prius et notius. Minor qꝛ verbũ ſcat actũ vt curro ſcat actum currẽdi. le go ſcat actum legẽdi currere aũt et legere sunt accñа. ¶ Dico v̄m argumẽtũ cõ cludit. ꝙ ordĩe a posteriori. verbũ p̄cedit nomẽ sed nõ ordĩe naturali sic eñ ordi ne naturali suba p̄cedit accidens sicut causa effectum sic etiã in proposito.

Ar Decimo verbũ dꝫ p̄cedere nomẽ. igit ꝓbatur ꝑs magis egregia et plus digna debꝫ p̄cedere. sed verbũ est ꝑs magis egregia ꝙ̄ nomẽ. ğ Maior qꝛ digniora debent esse priora. vt ptꝫ in postpredicamẽtis. Minor est ṗsciani primo minoris qui dicit ꝙ verbuꝫ inter ceteras ꝑtes est pars magis egregia. ¶ Dico v̄m argumentũ cõcludit ꝙ ordine perfectionis verbũ precedit nomen. sed non ordĩe generatiõis. verbum eñ importat formam. nomẽ aũt materiã. for ma aũt est prior materia via ꝑfectionis. sed qꝛ verbum apponit nomini ⁊ nomẽ est suppositũ. suppositũ tñ ordine gñationis est prius illo quod ei apponitur.

Ar Vndecimo. Prepositio est ṗma ꝑs orõnis. igit nõ nomẽ. ꝓbat. Illa pars est prima que dicit a preponẽdo. sed p̄positio dictura p̄ponendo. igitur p̄ positio debet esse prima. Maior est nota. Minor est grammaticorũ omniũ qui interpretantur hoc vocabulũ prepositõ a preponendo. ¶ Dico verum argu mentũ concludit ꝙ prepositio dicitur a preponendo non absolute ratione ordi nis sic ꝙ deberet esse ṗma pars orationis. sed prepositio dicitur a preponẽdo re spectu casualis cui deseruit vt actõ vel ablatiuo. Et licet aliquando p̄positio suo casuali postponit. hoc est per accidens ꝓpter bonũ suũ. ⁊ ꝑ figurã vt mecũ tecũ.

Ar Duodecio littera donati est incõgrua. igit ꝓbatur. qꝛ peccat cõtra regu lã grãmaticalẽ ergo ꝓbat qꝛ peccat cõtra istã reglam. Quando in aliq orõne ponuntur plura substãtiua noĩa. tũc vnuꝫ illorũ debet poni in gtõ modo hic in littera ponuntur plura substantiua noĩa. et nullum ponitur in gtõ. vt nomẽ pnomen. verbũ aduerbium ⁊c. ¶ Dico verũ argumẽtum concludit ꝙ licet hic nõ ponitur cõiunctio inter illa substantia expsse. tñ implicite subintelli gitur. qꝛ valet tm̃ nomen et ꝓnomen et verbũ. et dimittit ibi cõiunctio causa bre uitatis per vnũ colorem rhetoricalem qui dicit articulus puncti. qui hꝫ fieri qñ in aliqua oratione ponunt plura substantia nomina sine cõiunctione media.

¶ Nomen quid est? Pars orationis cũ casu corpus aut

rem proprie cõmuniterue significãs. Proprie. vt roma ti beris. Cõmuniter. vt vrbs flumen.

Vtrũ diffinitio nomis a donato posi

ta sit bene assignata. Pro intellectiõe questionis mote. ¶ Notandum est primo ꝙ diffinitum p̄sentis diffinitonis est nomen pro se et suis signatis captum. Pro se ideo quia hec dictio nomen. etiã est nomen et pars orationis. Pro suis signatis. ideo quia eius signata etiam sunt nomĩa. vt omnia noĩa significant per hoc qđ est nomen. Supponitur aũte hoc diffinitum nomẽ personaliter et nõ materiali ter vt quidam volunt. Qꝛ aũt in ista nomẽ est ꝑs orationis diffinitũ supponit ꝑ sonaliter ptꝫ qꝛ est regula cõis in logica ꝙ oẽ diffinitũ supponit ꝑsonaliter. Ra tio qꝛ qñcunqꝫ p̄dicatur genus de specie est suppõ personalis modo in oĩ diffi nitione p̄dicatur genus de specie. spẽs eñ diffinitur. et genus est illud per qđ spe cies diffinitur. Nõ optet aũt addere in expõne diffinitionis vt quidam volunt actu vel aptitudine. Rõ qꝛ dictio noĩalis etiã extra orõnem posita actualiter est ꝑs orationis. Patet primo ꝑ diffinitõeꝫ in qua dicitur ꝑs orationis est dictio apta nata integrare orationem latinam constat aũt ꝙ dictio extra orõnem posita apta nata est integrare orõem latinam ergo est ꝑs orationis. etiã dictõ extra orõnẽ ha bet modum ſcandi et formã nominis vt hec dcõ. homo absolute posita ſcat ꝑ modũ entis et determinate apphensionis. forma aũt est que locat rem in specie et q̄ dat esse rei. cõcluditur ğ ꝙ non optet addere actu vel aptitudine. Sciendũ etiam qꝛ dicit in textu. cum casu. illa pticula cum casu. non debet valere tm̃ sicut cum in flexione casuali alꝭ noĩa indeclinabilia non essent noĩa eo ꝙ talia non inflectunt nec declinantur per casus. Nomina etiam mẽtalia vt cõmuniter dicit non essent noĩa talia eñ nõ declinantur per casus et finales terĩationes in mẽte eñ nõ est terminatio finalis sed in voce. debet ergo ista pticula valere tm̃ cum casu. i. cuꝫ proprietate casuali. hoc est significare recte vel oblique.

Notandũ secũdo ꝙ illa dictio dicitur

ſcare rctẽ que ſcat ſcatũ suũ sine cõnotatiõe obliqtatis. vt ntũs qui ſcat abso lute suũ ſcatũ sine aliqua ꝯnotatione accidẽtali. Sed ista ſcat oblique que ſcat ſcatum suũ cũ cõnotatiõe obliqtatis vt gtũs. dtũs. actũs et abltũs. licet ğ ob liquus ſcat idem cũ recto essentialiter. eo ꝙ rect⁹ et obliquus ponunt in eodeꝫ p̄dicamento tñ non ſcant idem accñtaliter. Ntũs eñ significat ſcatũ suũ abso lute obliqu⁹ aũt cõnotatiue gtũs eñ ꝓprietateꝫ vt cuius. dtũs vt cui. vt postea dicet. Silr gtũs vltra ſcatũ nti importat possessionẽ dtũs acqsitiõeꝫ. ¶ Sequi tur correlarie ꝙ illa p̄põ. cum in dioe posita non dꝫ capi associatiue vt scꝫ valeret tm̃ ꝙ nomẽ ſcat cum alqua dcõe que est alicui⁹ casus. qꝛ sic verbũ esset nomen. Cum eñ dico hõ currit hoc verbũ currit ſcat cũ isto ntõ hõ. qui est alicui⁹ cas⁹ exñter sed debet capi existenter vt valet tm̃ nomẽ significat cuꝫ casu. i. nomẽ existit alicui⁹ casus. et sic verbũ non ſcat cum casu. Sciendũ etiã dicit in diffinitõe ꝙ nomẽ ſcat corpus aut rem. Corpus capit duplr. Vno mõ substãtialr vt. s. est in p̄dicamẽto et de genere substãtie. et duplr. Primo pro toto cõposito ex materia et forma. et sic homo diceret corpus. hõ eñ dicit materiam et formaꝫ vt iohes petr⁹. Scdo capit corpus subaliter pro altera ꝑte cõpositi et sic materia vł cor pus hoĩs dꝛ corpus. et sic hec est flã. sortes est corpus. qꝛ valeret tantũ ꝙ sortes esset materia tm̃. qđ est falsum. Alio mõ capitur corpus accñtalr vt est de genere

accñtis. et sic dupliciter. Vno° ꝓprie pro tribus dimensiōe. s. longitudine latitudi ne et profunditate simul. vt enī dicit in ꝑdicamentis linea dicit longitudinē et latitudinem. sed corpus dicit longitudinez et latitudinē et ꝓfunditatē sil'r. et istis modis non capitur hic corpus. Alio modo capit corpus cōiter pro qualibet extensione que apta nata est percipi aliquo sensu exteriori nō curando an talis sit substātia vl' accidens et sic hō in ꝓposito significat corp⁹ sil'r magnū. similiter albedo nigredo. ꝛ isto modo capit in ꝓposito. Vult ergo diffinitō tm̄. aliqua noīa significant corp⁹. i. significant aliquid qd̄ sensu exteriori est ꝑceptibile.

Notandū tertio dicitur in diffinitiōe

vlterius rem. Sciendū res capitur dupl'r. Vno modo transcendēter et sic conuertit cū isto termino ens et sic nō capitur hic. termin⁹ enī transcendēs est qui significat omne ens mundi et sunt sex. res. ens. vnū. bonum. verū aliquid. omne enī qd̄ est ens. est vnum et est aliquid et est bonū bonitate entis. et sil'r verū veritate entis. Isto modo capiēdo rem transcendēter ista ꝑticula corpus sufficiēter includeret in ista ꝑticula. rem oīe enī corpus est res. et isto modo dio esset nugatoria et sup̄flua. qꝛ idem bis poneret. Alio modo capit res non transcendenter. et sic res dicit esse ens incorporeū qd̄ nō est ꝑceptibile aliquo sensu exteriori. et sic de⁹ dicitur res. aīa. angelus simil'r. sciē. virtutes dicunt res. rō quia sciētie et virtutes sunt in aīa. modo aīa est incorpea. ergo etiā oīe illud qd̄ est in aīa est incorporeū oīe enī qd̄ recipit ſm naturam recipiētis recipitur vt dicit ꝯmentator. iij. de aīa. Sequitur correlarie p̄mo q̄ hec ꝯña nō valet. hō significat corp⁹. ergo hō significat rem. nec arguitur ab inferiori ad superius. eo q̄ res nō hic capitur transcendēter quō est sup̄ius ad corpus sed capit non trāscēdēter quō est dispatum ad corp⁹. Sequit correlarie scd̄o q̄ recte hic donatus posuit cōiunctiōem disiunctiuā inter illas ꝑticulas corpus et rē. patet qꝛ cōiunctio disiunctiua semꝑ iungit inter diuersa. mō res et corpus capiunt hic dispate qꝛ importāt ꝛ designant diuersa. Notādum dr̄ etiā in dione. ꝓprie aut cōmuniter. Vn̄ significare ꝓprie est ſcare cum qualitate ꝓpria. Significare aūt cū qualitate ꝓpria est significare tantū vnā rem sic q̄ non pl'es vniuoce et diuisim vt sunt noīa propria Significare aūt cōiter est significare cū qualitate appellatiua. Significare autē cū qualitate appellatiua est ſcare mltas res vniuoce ꝛ diuisim vt homo aīal. sil'r alij termini cōmunes. Et per istā ꝑticulam excludit ꝑticipiū. qd̄ non ſcat cum qualitate ꝓpria vl' appellatiua. In fine aūt diffinitōis ponit significās ꝓpter ſcare appellatōem que impediuisset bonitatē dionis. vn̄ nō est idem dicere ſcare corp⁹. et corpus significare patet. ſcare enī corpus est significare aliqd sub rōne corꝑis. rō aūt corporis est esse genus subalternatū ꝛ sic. iohēs. hō. petrus. non significarēt corpus exquo nō sunt gn̄a subalterna. et sic hoc nomē corp⁹. significat corpus qꝛ corp⁹ est primū gen⁹ subalternū. Sꝫ corp⁹ ſcare est significare rem grossam visibilem palpabilē et sensu exteriori ꝑceptibilez. vt hō aīal lignum. sic ſcant corpus. Et si dicit tn̄ noīa et verba trāsposita idem ſcant. ergo idem erit dicere ſcare corpus et corpus ſcare. ¶ Dico verū est nō variata appellatione. modo hic variat appellatio. Cum enī dicit ſcare corpus est appellatio. cū autez dicit corpus significare non est appellatio. Sequit correlarie primo q̄ dio noīs posita a donato non est dio essentialis et quiditiua noīs siue a p̄ori. Rō qꝛ datur ꝑ accñtia vt casum qualitatem. dio aūt quiditatiua et essentialis excludit accidentia. Sequit correlarie scd̄o q̄ cōueniēter donatus diffinit nomen per casum et qualitatem. ptꝫ qꝛ sunt accidētia nomini magis ꝓpria q̄ alia. mō optime res diffinit a posteriori ꝑ accñā ꝓpria. cum sepe accidētia ꝓpria ponunt loco dr̄ñarū essentialiū. vt declarat ꝯmētator. j. de aīa. vn̄ aristo. dixit. j. de aīa. accidētia magnam partem conferunt ad ꝯgnoscendū q̄ quid est. i. substantiam.

Notandum quarto et vltio q̄ qꝛ ꝑtes

orōnis distinguuntur per modos ſcandi oꝑtet intelligere in genere qd sit modus significandi. Vnde notandū q̄ modus ſcandi est duplex. actiu⁹ et passiuus. Modus ſcandi passiu⁹ est ꝓprietas rei significata ꝑ vocem vt ledere pedem ē mod⁹ ſcandi passiu⁹ hui⁹ dcōīs lapis et talis mod⁹ ſcandi passiu⁹ nō est de cōsideratione grāmatici. sed potius ph̄i natural'. eiusdē enī artificis est cōsiderare rem et ꝓprietates rei. vt dicitur. ij. phisicoꝝ. modo ph̄s natural' habet ꝯsiderare res naturales. ergo etiā habet cōsiderare ꝓprietates rerū naturalium. Sed modus ſcandi actiuus est mod⁹ vel ꝓprietas vocis ab intellectu sibi concessa. qua mediante ꝓprietatem rei conſcat. vt gen⁹ masculinū huius noīs lapis est mod⁹ ſcandi actiu⁹ et ꝓprietas huius dcōnis lapis. eo q̄ mediante gn̄e masculino ꝓprietatem rei cōsignificat vt illam ꝓprietatē que est ledere pedē. dr̄ enī lapis quasi ledens pedem. Et ille modus ſcandi actiuus est duplex. s. essentialis et accñtalis. Essentialis est qui est de essentia alicui⁹ ꝑtis. vt ſcare per modum entis est modus ſcandi essentialis noīs. Et est duplex. s. gn̄alis et spēalis. Generalis est qui in pluribus ꝑtibus reperit q̄ in vna. vt ſcare per modū entis reperit in nomine et etiā in ꝓnoīe. Similiter ſcare ꝑ modum fluxus et fieri est modus ſcandi gn̄alis verbi et ꝑticipij. Spēalis aūt est qui tm̄ reperit in vna ꝑte orōnis et ꝑ quem vna ꝑs orōnis distinguit ab alia. vt ſcare ꝑ modum determīate apph̄ensionis est modus significandi spēalis ipsius noīs. et per istum nomen distinguit a ꝓnomīe qꝛ ꝓnomē ſcat ꝑ modū idetermīate apph̄ensiōis. Mod⁹ ſcādi accñtalis est qui nō ē de essentia ꝑtis sed accidit parti. vt est qualitas compatio. Et est duplex scꝫ absolutus et respectiu⁹. Absolut⁹ est quo variato nō variat ꝯgruitas vt est qualitas figura. sicut enī hec est ꝯgrua hō currit. similiter iohēs currit et tn̄ hic variatur qualitas. in p̄ma est qualitas appellatiua. in scd̄a q̄litas propria. Sed respectiu⁹ est quo variato variat ꝯgruitas. vt est casus nūerus et persona. hec enī est congrua homo currit. hec aūt incōgrua hoīs currit. in quib⁹ orōnibus variat casus. Modus significandi aūt noīs essentialis est iste. ſcare ꝑ modum entis et determīate apph̄ensionis. Pro quo intelligendo sciēduz. Significare ꝑ modum entis est ſcare ꝑ modū habitus et ꝑmanētie. Significare aūt ꝑ modū habitus et ꝑmanentie. est significare rem in facto esse et non in fieri. vt domus est nomē et ſcat domū non et est in fieri. sed vt est in ꝑfecto et completo esse. Alij tn̄ dicunt q̄ significare per modum entis est ſcare subām. suba enī est verū ens. Quō aut capit substātia cum dr̄ nomen ſcat substātiā patebit inferi⁹. Significare aūt per modum determīate apph̄ensiōis est significare rem ſm certū modum intelligendi et in certo et determīato genere entis. ens aūt dicit esse in certo genere ꝑ suam essentiam et formā. Forma enī est que locat rem in genere ꝛ specie. Gn̄a autē entis vt ad ꝓpositū sufficit sunt decem aliqd̄ enī est ens qd̄ est substantia vt homo. aliqd̄ accñs. vt albedo. aliqd̄ ens in aīa. vt conceptus rei. aliqd̄ ens extra aīam. vt lapis. aliqd̄ est ens qd̄ est habitus. vt visus. aliqd̄ est ens qd̄ ē priuatio vt cecitas. aliqd̄ est ens verum vt asinus. aliqd̄ est ens imaginarium vt chymera. aliqd̄ est ens in actu vt celum. aliqd̄ est ens in potētia vt añxp̄s. Dicunt aūt ista decem genera entis ꝓ tanto. quia omne qd̄ cadit sub ente in aliquo istorum concludit. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio rñsalis. diffinitio noīs a do-

nato posita est bene assignata. ꝓbat oīs dio est bene assignata. que datur ꝑ gen⁹ et dr̄ñam et facit diffinitum differre a quolibꝫ nō ꝯtento sub diffinito. sed dio nomis est huiōi igitur. maior est Boetij in li. diuisionū mior. qꝛ pro genere ponit ꝯsors

nis pro differentia aūt ponuntur alie ꝑticule sequentes. similiter ꝑ istam diffinitionē. nomen distinguitur ab alijs ꝑtibus orōnis. quare conclusio vera.

Ar Primo. Dio nois non valet. ꝓbaꝭ nulla dio bona debet dari ꝑ disiunctionem. Sed ista datur ꝑ disiūctōēz ergo Maior est aristo. vj. topico. Minor quia in diffinitiōe dicitur corpꝰ aut rem. ℭ Dico verū argūtū cōcludit ꝙ nulla bona dio essentialis et quidditatiua debet dari ꝑ disiunctionē sed dio accidētalis et descriptiua pt̄ dari ꝑ disiunctiōem qualis ē dio nois. Sequitur correlarie ꝙ rcte donatꝰ fecit ponēdo diffinitiōes accñtales ꝑtiū orōnis. Rō qꝛ diones quidditatiue ꝑtiū orōnis ꝑ modos sc̄andi sunt difficiles. diones accñtales sunt faciliores. eo ꝙ accñā notiora sunt quidditatibus ⁊ substātijs. vt patet. j. de aīa. Accidentia magnā ꝑtem cōferunt ad cognoscendū ꝙ quid est. modo donatꝰ fuit informator iuuenum. ergo ex facilioribus processit.

Ar Scdo aliqd est nomē qd non sc̄at cum casu. ꝓbatur. qꝛ nomē aptote forme est nomē ⁊ non sc̄at cum casu. Assumptū ꝓ prima ꝑte est notū. sed pro scdā ꝑte ꝙ nomen aptote forme non sc̄at cum casu. quia dr ideo aptote forme quia est sine casu ab a qd est sine ⁊ ptotos casus quasi sine casu. ℭ Dico verū argūtū concluderet si nomē ideo diceretur aptote forme. qꝛ nullum haberet casum sed tm̄ habet vnum casum. vt sponte habet abltm̄. Vel etiam qꝛ habet tres casus sub vna terminatōe vt nephas qd est generis neutrius. similiter phas.

Ar Tertio verbū sc̄at cum casu. ergo dio non valet. ꝓbaꝭ in ista orōne homo currit. in qua hoc verbū currit sc̄at cum casu ꝓbaꝭ. qꝛ hoc verbū currit sc̄at cum isto nto homo. mō hō est alicuiꝰ casus. ℭ Dico verū argumentū cōcludit ꝙ in ista orōne hō currit. hoc verbū homo sc̄at cū casu associatiue. sed non exūter. modo cū in dione debet capi exūter. et non associatiue.

Ar Quarto. aliqd est nomē qd non sc̄at corpus. aut rem. igitur dio est insufficiens. ꝓbaꝭ qꝛ chymera est nomē et nihil sc̄at. ꝙ chymera sit nomē notum est sed ꝙ nihil sc̄at. qꝛ chymera nihil est. Si ergo chymera nihil significat ergo nec sc̄at corpus aut rem. tenet ꝯña a superiori negato ad inferius. ℭ Dico verū argūtū cōcludit ꝙ hoc nomen chymera silr alia noia ficta nō sc̄āt corpus aut rem directe. tm̄ indirecte. qꝛ sc̄ant illud qd ꝑ partes sue dionis exprimitur. vt caput virgineū. ventrē leoninū. caudam serpentinā. Vel etiā possumꝰ dicere ꝙ licet noia ficta non sc̄ant rem verā tm̄ sufficit ꝙ sc̄āt rem imaginabilē et que potest imaginari. Correlarie sequitur ꝙ impossibile est significabile. licz nō sc̄atione directa tm̄ sufficit ꝙ indirecta. patet de isto termio chymera. chymeram eīn esse est impossibile tamen hoc est significabile.

Ar Quinto aliqua sunt noia que nec sc̄ant corpꝰ nec rem igitur ꝓbaꝭ i. de istis noibꝰ albedo nigredo ꝙ non sc̄ant corpus ꝓbaꝭ. qꝛ corpus est ens cōpositū ex materia et forma. sed albedo et nigredo dicunt formā tm̄. modo ois forma est simplex vt dicit Gilbertus porritanus autor sex ꝑncipiorum. ℭ Dico verum argūtū cōcludit ꝙ corpus ꝓprie sumptū est ens compositum ex materia et forma. sed hic corpus capitur cōiter ꝓ omni illo qd pt̄ ꝑcipi sensu exteriori et sic albedo et nigredo in ꝯposito dicuntur corpus significare.

Ar Sexto. Diffinitio nois est nugatoria et supflua igitur nō valz. ꝓbaꝭ aña qꝛ ista ꝑticula corpus supflue ponitur ꝓbaꝭ. quia sufficiēter includit in ista ꝑticula rem. res eīn est terminꝰ trāscēdens. modo terminꝰ trāscēdēs oia includit. ergo etiā includit hoc qd est corpus. et sic corpus supflue ponit. ℭ Dico vm̄ argument ñ ꝯcludit si res in dione capetur trāscendenter. sed capitur non trāscendēter. vt est despatū ad hoc qd est corpus. vt ꝓbatum est supius.

Ar Septimo aliqd est nomē qd non sc̄at cū qualitate igitur ꝓbaꝭ. hoc nomē deus non sc̄at cuz qualitate ꝓbatur sic. qꝛ qualitas est accidens. sed in deum nullū cadit accidens igitur maior est nota. qualitas eīn est accñs nois. Minor est aristo. xij. metha. vbi ostendit ꝙ deus est actus purus. modo actꝰ purus excludit omne accidens. ℭ Dico verum argumentū concluderet si significare cum qualitate valeret tm̄ sicut significare cum accidente. sed sc̄are cum qualitate valet tm̄. sicut significare cum conceptu vnius vel plurium. constat ꝙ deus sc̄at cum conceptu pluriū quantum est ex ꝑte impositiōis sue.

Ar Octauo. Aliqd est nomē qd nihil sc̄at igitur. non oīe nomen sc̄at corpus aut rem ꝓbatur aña. qꝛ hoc nomē pctm̄ est nomē et nihil sc̄at ꝓbaꝭ autoritate Boetij. iij. de consolatiōe vbi dicit ꝙ pctm̄ nihil est. et theologi vocant pctm̄ nihil cū dicunt. Sine deo factū est nihil. i. peccatū. quia deus nō inuenit pctm̄ sed diabolus. ℭ Dico verū argūtū concludit ꝙ pctm̄ nihil sc̄at positiue. sed ꝑuatiue. qꝛ ꝑuatiōem boni. boetius ergo dicens. ꝙ peccatum nihil est voluit dicere ꝙ peccatum non est ens morale.

Ar Nono. aliqd est nomen qd nō sc̄at ꝑ modum determinate apphensiōis igitur modꝰ sc̄andi nois nō valet ꝓbatur. qꝛ hoc nomē deus. non sc̄at per modum determiate apphensionis ꝓbatur. qꝛ deus non pt̄ ꝯgnosci a nobis determiate dicitur eīn. ij. metha. Sicut se habet oculꝰ noctue ad lumē solis. ita se habet intellectus noster ad ea que manifestissima sunt in natura. Et. iij. de aīa ꝙ nihil est in intellectu nisi prius fuerit in sensu. ꝯstat aūt ꝙ deus non est sensibilis. deū eīn nemo vidit vnq̄. vt dicit scriptura. ℭ Dico verū argūtū cōcludit ꝙ deus non est determinate cognoscibilis a priori. sed bene a posteriori per effectꝰ Aristote. eīn. xij. metha. ex ordine rerum cognouit vnam esse causam primā omnium cum dixit. Entia nolunt male disponi. mala est pluralitas principum. sit ergo vnus princeps.

Ar Decimo. aliqd est nomen qd non sc̄at per modū determiate apphensiōis ergo modꝰ significādi nois non valet ꝓbaꝭ. qꝛ hoc nomē materia nō sc̄at ꝑ modum determiate apphensiōis ꝓbatur. qꝛ materia nō est intelligibilis ꝓbatur. qꝛ materia prima est ens in pura poña. vt dicitur. j. phi. mō oē qd intelligitur. intelligitur vt est ens in actu. vt dicitur. xij. metha. ℭ Dico verū argumentum concludit ꝙ materia prima non est intelligibilis sm̄ se. tamen sufficit ꝙ est intelligibilis in annalogia et habitudine ad formam.

Ar Vndecimo. aliqd est nomen qd non significat ꝑ modum determiate apphensionis ꝓbatur de isto noie chymera. ꝙ non sc̄at per modum determinate apprehensiōis. patet qꝛ chymera non est intelligibilis ꝓbatur. qꝛ dicitur. iij. de anima. non ens non intelligitur modo chymera nō est ens et per ꝯñs chymera non significat per modū determiate apphensionis. ℭ Dico verū argumentum cōcludit ꝙ hoc nomē chymera non sc̄at per modum determinate apphensionis directe tm̄ indirecte. non ens eīn non intelligitur directe. sed indirecte imaginamur enim chymerā esse. licet non sit.

Ar Duodeciō. Dio nois non valet. ꝓbaꝭ. nulla dio dz dari ꝑ accidētia. sed ista datur ꝑ accñā igitur non valet maior. qꝛ dio rei debet dari ꝑ genus ⁊ dr̄ñas mō genꝰ et dr̄ña sunt ꝑtes quidditatie ⁊ eēnales rei minor. qꝛ datur ꝑ casum et q̄litatem que sunt accñā nois. ℭ Dico vm̄ argūtū concludit ꝙ nulla dio a priori debet dari ꝑ accidentia sz ꝯñs dio est dio a posteriori. et ista pōt dari ꝑ accñā.

ℭ Nomini quot accidunt? Sex. Que? Qualitas. comparatio. genus. numerus. figura. casus.

Vtrū tm̄ sex sint accidentia nominis.

et vtrū ꝓpriū nois sit sc̄are subām. Pro intellectione q̄stiōis more. ℭ Notandū primo ꝙ hec q̄stio duo q̄rit. ꝑmo vtrū tm̄ sex sint accñā nois. q̄litas. ꝯpatio

vt dicit in textu. Scđo querit vtrū ꝓprium nois sit ꝭcare subam. Pro ꝑte prime questiōis intelligenda. Sciendū accńs nois describitur sic. Est quedam ꝓprietas nois attributa noi aut rōne vocis aut rōne significatōis. Aliqua em̄ accidētia attribuunt ꝑtibus rōne vocis et figure. q2 illa vox đr simplicis figure que non potest diuidi in plures ꝑtes. Sed illa cōposite que potest diuidi in plures ꝑtes. vt postea dicet. Aliqua aūt accńa attribuunt ꝑtibus rōne ꝭcationis vt. qualitas. casus. numerus. Illud em̄ nomē qđ ꝭcat rez pluribꝰ cōicabilē est qualitatis appellatiue vt hō. Illud aūt qđ ꝭcat rem singularem et indiuidualē est qualitatis ꝓprie vt iohes. Describitur etiā cōiter sic. Accńs nomis est terminus accidentalr̄ ꝑdicabilis de noīe in recto vel in obliquo. in ꝯcreto vel in abstracto inq̄tum est ꝑsorōnis. ¶ Dico notāter in recto vel in obliquo. q2 accńa aliqua nois non ꝑdicant de noīe in recto. q2 hec est falsa. nomē est qualitatis. sufficit tn̄ ꝙ q̄litas ꝑdicet de ipis in obliquo. vt nomē est alicuius qualitatis. Similiter licet accidentia non ꝑdicant de noīe in abstracto sufficit tn̄ ꝙ in ꝯcreto vel licet hec non sit vera. nomen est comparatio in abstracto. tn̄ hec est vera nomen est comparabilē.

Notandū scđo ꝙ sicut in rebꝰ natura

libus repiunt diuersa accńa que ꝑnt adesse et etiā abesse subiecto ꝑter eius corruptionē. vt đt purphirius in li. ꝑdicabilium. sic silr̄ in rebus intentiōalibꝰ fabricatis ꝑ intellectum repiunt diuersa accńa que eisdez rebus per intellectū attribuūtur. Duplex est ergo silitudo accńtiū. realiū et intentionaliū vel grāmaticalium. Prima q2 sicunt in rebus naturalibus accńa ꝑnt abesse subcō vel realr̄ vel in modo intelligendi. albedo em̄ realiter potest abesse sorti. caliditas aūt non potest abesse igni realr̄ sed sufficit ꝙ hoc fiat ꝭm modū intelligendi. oīe em̄ prius pōt intelligi non intellecto posteriori. sicut ethiops ꝑt intelligi non intellecta eiꝰ nigredine vt declarat purphiriꝰ in li. ꝑdicabilium. sic silr̄ in rebus intētionalibꝰ. vt in grāmatica accńa dicunt abesse suo subiecto. non realr̄. nullum em̄ est nomē qđ non esset alicuius ḡnis vel qualitatis vel nūeri; sed accńa nominis absunt secundū modum intelligēdi. q2 possum intelligere nomē non intellecta eius qualitate. similiter non intellecto eiꝰ nūero. vn̄ recte dixit aristo. ij. phi. Abstrahentiuz non est mēdatiū. Scđa ꝯuenientia vel silitudo est. q2 sicut in rebꝰ realibus accńa realr̄ distinguunt ab eorū subiectis cum effectꝰ et causa distinguūt in rebus realibus. cōstat aūt ꝙ substātia est causa accidentis. đt em̄ aristo. ij. phisico. ꝙ materia cum forma est causa omniū accidētiū in composito. sic silr̄ accidentia grāmaticalia distinguunt realr̄ ab ipis ꝑtibus orōis quorū sunt accńa. non sic ꝙ daretur aliqđ nomen qđ non haberet accńa. sed sic ꝙ accidentia grāmaticalia non sunt de essentia ꝑtis. oīe em̄ accidens est preter intellectū et essentiā illiꝰ cuius est accidens. Sequitur correlarie ex dictis ꝙ ista positō grāmaticorum q̄ đt accńa esse eadem et idētiptificari cū ꝑtibus non est veritati oīno cōsona vt ꝓbabit inferius. ad bonū tn̄ intellectū accepta poterit sustineri vt patebit in notabili sequēti.

Notandū tertio pro intelligentia istiꝰ

vtrū accńa ꝑtiū orōis distinguunt a ꝑtibus orōis. ¶ Notādum ꝙ aliqua distinguunt dupl'r. vnoº realr̄. alioº rōne. Ista dicunt distingui rōne q̄ distinguunt diuersa ꝯsideratōe intellectus vt q̄ in re dicūt vnū tn̄ intellectꝰ accipit illa vt diuersa. vt Marcꝰ Tulliꝰ Cicero. illa tria noīa ꝭcant eandē rē realr̄. tn̄ intellectꝰ apprehēdit et accipit illa tria vt plura. idem em̄ hō dicebat marcus tulliꝰ ꝛ cicero. dicebat marcus noīe ꝓprio. dicebat tulliꝰ rōne genologie. dicebat aūt cicero rōne portiūcule carnis q̄ pendebat ei de naso ad modū ciceris. Alioº aliqua distinguunt realr̄ et hoc dupl'r. Vno mō rata realitate. et sic ista distinguunt q̄ distinguūtur loco et subcō vt sortes exn̄s rome et sortes exn̄s cracouie distinguūtur sic realr̄.

Secundo aliqua distiguunt realiter realitate naturarū. que scz designant diuersas naturas. licet sunt idem subctō et nūero. ꝛ sic albedo. dulcedo et lac distinguūtur tali realitate. tria em̄ ista sunt idē subiecto et nūero talia distinguunt et dr̄ńt formaliter dulcedo em̄ est obiectum gustus. albedo. visus. sicut ergo visus ꝛ gustus sunt sensus realiter distincti sic et dulcedo et albedo in lacte omne g̊ accńs reale distinguit realiter a suo subiecto realitate naturarū. licet non realiter ꝑma que et subiecto. Veritas ꝑmi ptz q2 dicit. j. posterio. essentie ꝑdicamentoꝝ sunt impermixte. cōstat aūt ꝙ substātia ꝛ accńs nominant diuersa ꝑdicamenta. Dicitur etiā. j. phisico. quātitas et substātia si sunt duo sunt. et oīs effectꝰ distinguit realiter a sua causa constat aūt ꝙ accńs est effectus substātie. Veritas scđi scz ꝙ accidens et subcm̄ sunt idem nūero et subiecto ptz autoritate aristo. j. topicoꝝ cuz dixit. ꝙ accńs et subcm̄ numero sunt idem. Istis sic stantibꝰ dicat ꝙ accńa ꝑtiū orōnis distinguunt realiter a ꝑtibus. non sic ꝙ ꝑtes orōnis realiter essēt et ꝑuarentur accńtibus suis. sed sic ꝙ ipa ꝑs orōnis inquantū ꝑs orōnis nullū accidens includit vt em̄ dictū est ante ꝑs orōnis inquātum ꝑs orōnis solū designat modum ꝭcādi essentialē et significatū qđ dictio importat ꝓbatur ꝑmo sic. Sicut est in natura sic ē in arte. sed oīe accńs in natura realr̄ distinguitur a suo subiecto ergo etiā est ita in arte ꝙ omne accńs ꝑtis orōnis distinguit a ꝑte orōnis maior est aristote. ij. phico. Minor est nota q2 accńs et subiectū dr̄ńt ꝑdicamētalr̄. ergo realiter omia em̄ q̄ dr̄ńt ꝑdicamētaliter dr̄ńt realiter. Scđo ꝓbatur oīa que se transferūt ꝭm aliquā similitudinē se transferunt. sed accńa intentionalia et in arte sūt translata ad similitudinē accidentiū realiū. constat aūt ꝙ accńs reale distinguit realr̄ a subiecto. ergo similiter etiā est ita in arte. maior est aristo. vj. topico. minor est nota quia ars sequit naturam. Tertio ꝓbatur sic. oē prius distinguitur a suo posteriori. sed ꝑs orōnis ꝭm naturā est ꝑor accidentibꝰ suis igitur distinguitur. Maior q2 idem non est ꝑus et posterius minor. q2 ꝑs orōnis dicit modū ꝭcādi essentialē ꝯstat aūt ꝙ modus significādi essentialis est causa accńtalis quēad modū substātia est causa accidentis. Etiā ꝑs orōnis absolute dicit modū ꝭcandi essentialem. suba aūt est prior accńte natura tpe et dione. Quarto ꝓbatur. Illa sunt distincta realiter quorū vnum variat reliquo non mutato. sed aliqua ꝑs orōnis manet inuariata et eius accńs variatur ergo distinguuntur maior est nota minor. q2 dicēdo albꝰ hō. et alba hō hic variat accidēs q2 genꝰ. et tn̄ manet idez nomē. In ꝑma oratione em̄ hō est generis masculini. in scđa feminini. Sequitur correlarie ꝙ sicut accidēs in natura realr̄ distinguitur a subiecto licz nūero sunt idem sic etiā pōt dici in arte ꝙ ꝑs orōnis distinguit realiter a partibꝰ licet possumus ꝯcedere ꝙ numero et subiecto sunt idem ptz veritas correlariij. q2 accidentia intentionalia et artis sunt translata ab accidentibus realibus.

Notandum quarto et vltimo. ꝙ scđa

ꝑs questionis que fuit vtrū ꝓprium nois sit ꝭcare substātam. ¶ Notādum ꝙ priscianus scđo maioris dixit ꝓprium est nois significare subam cum qualitate. Sciendū ꝙ substantia capit dupliciter. Vnoº ꝓprie et sic suba est res ꝑ se existens vl' ꝑs rei per se existētis. exemplū ꝑmi vt homo aīal iohes. petrus. exm̄ scđi aīal. licet em̄ anima. nō est ens ꝑ se tn̄ aīa est pars hois dicit em̄ in ꝑdicamētis ꝙ ꝑs substātie est substātia. Isto modo nō capit suba cum dicit nomen ꝭcat substantiā. Ratio q2 albedo et nigredo sunt noīa et nō ꝭcant sic substātiā albedo em̄ vel nigredo non significat rem per se exn̄tem sed alteri inherentē. naturalr̄ em̄ nullum accidēs est per se. Secūdo capit substantia cōmuniter. vt tm̄ valet sicut essentia. et sic capitur cū dicitur oē nomen ꝭcat substantiam. accidētia em̄ ita hn̄t essentiā et naturā propriā. sicut substātia licet non ꝑfectam naturam sicut substātia vt declarat doctor sanctꝰ in tractatu de quiditatibꝰ rerū: ꝓpriū ergo nois quarto mō

est significare substantiā cuz qualitate. Ratio qꝛ illud est ꝓpriū. quarto modo qđ conuenit oīni soli et semꝑ. mō significare substantiaz conuenit omni nomini soli nomini et semꝑ vt patebit inferius. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Tm̄ sex sunt accidentia

nois speciuoce ꝛ formaliter distincta sic ꝙ non plura ad illa irreducibilia ḡmaticaliter ipi nomi ꝯuenietia. et ꝓpriū nois est ꝑcare subam cum q̄litate. Prima ps cōclusionis ꝓbatur ꝑ sufficiētiam accn̄tiū nois et est ista. Om̄e accn̄s nominis vl' ꝯuenit noi rōne vocis aut rōne ꝑcatiōis. si rōe vocis sic est figura. nomen em̄ illud dr simplicis figure cui᷒ vox non est diuisibilis in plures ptes ꝑcatiuas. Sz nomē illud dr composite figure cui᷒ vox est diuisibilis in plures ptes ꝑcatiuas. Si rōne ꝑcatiōis hoc est dupl'r. aut rōne ꝑcatiōis absolute et respectiue. si absolute hoc est dupl'r. aut em̄ talis ꝑcatio sumit᷑ a ꝓprietatib᷒ discretiuis sexus sic est genus. aut sumit᷑ a ꝑcatiōe suppositoꝝ et hoc dupl'r. aut diuisiue sic est qualitas. aut collectiue sic est nūerus. Aut tale accn̄s sumitur a significatione respectiua et sic dupl'r. aut em̄ rōne rectitudinis et obliq̄tatis et sic est casus. aut rōne intensiōis et remissionis et sic est compatio quare ṗma pars cōclusiōis vera. Sed ꝙ scđa ps conclusionis sit vera scz ꝙ om̄e nomen ꝑcat substātiam ptz auctoritate prisciani scđo maioris qui dicit hoc esse ꝓpriū nois quarto modo ꝑcare substantiam cum qualitate. quare secunda pars cōclusionis vera.

Ar Primo. plura sunt accn̄a nois ꝙ sex igit᷑ ꝓbatur añs tot sunt accidentia nois quot sunt noīa sed plura sunt noīa ꝙ sex ergo. maior quia accidentia multiplicant᷑ multiplicatione subiectoꝝ vt dicit᷑. j. topicoꝝ. minor ē nota. ℂ Dico verū argumētum ꝯcludit ꝙ plura sunt accidentia nois ꝙ sex nūeraliter ea distinguēdo mō ꝯclusio vult ꝙ accn̄a nois sunt sex specifice distincta.

Ar Scđo plura sunt accidentia nois ꝙ sex. ꝓbat᷑ qꝛ motio ꝑsona forma casualis etiā sunt accn̄a nois. ḡ plura erūt ꝙ sex añs ptz quia aliqua noīa mouentur. simil'r oīa nomīa sunt tertie persone similiter in noīe repiuntur forme casuales sex. ℂ Dico ꝙ tm̄ sex sunt accidentia nois ad se inuicem irreducibilia plura aūt possunt esse que reducuntur ad ista. qꝛ motio reducitur ad cōparationem. omne em̄ qđ compatur compatione nominali hoc etiā mouet᷑. sil'r persona reducitur ad nūerum. qꝛ nūerus et ꝑsona sunt accn̄a cōiugata. sic ꝙ in quacunqꝫ parte reperitur vnū in eadē et alterū. forma aūt casualis reducit᷑ ad casuz.

Ar Tertio plura sunt accidentia nois ꝙ sex. ꝓbat᷑ qꝛ esse suppositū esse rectū a verbo etiā sunt accidentia nois . ꝓbatur qꝛ nomen reddit suppositum verbo et regit᷑ a verbo apte ante. ℂ Dico verum argumentū cōcludit ꝙ esse suppositum et regi a verbo est accidens nois inquantū est dyasinthetice cōsiderationis. hic aūt fit sermo de accidentib᷒ nois vt ipm nomen est ethimologie considerationis sic similiter creptio productio sunt accidētia nominis in quantum ipsum nomen est orthographie considerationis.

Ar Quarto. plura sunt accidentia nois ꝙ sex. ꝓbatur. qꝛ declinatio etiam est accn̄s nois exquo noīa declinantur de casu in casū. ℂ Dico verum argumentum cōcludit ꝙ declinatio est accn̄s nominis. sed dico ꝙ declinatio comprehenditur sub casu. ℂ Contra hoc arguit᷑. declinatio in nomine non pōt comprehendi sub aliquo accn̄te igitur nec sub casu. ꝓbat᷑ añs. sicut se habet cōiugatio in verbo sic se habet declinatio in noīe. sed coniugatio in verbo expresse ponitur et sub nullo accn̄te ꝯprehendit᷑. ḡ etiā similiter est de declinatiōe in nomine. maior pz ex ꝯueninti silitudine sicut em̄ noīa declinant᷑ ꝑ casus sic verba coniugant᷑ per ꝑsonas et tpa. minor est nota. ℂ Dico ꝙ non est sil'e de ꝯiugatiōe verbi et declinatione nominis. Ratio quia declinatio in nomine tm̄ recipit vnū accn̄s scz casum sub quo bene pōt cōprehendi. sed cōiugatio in verbo non recipit vnū accn̄s tm̄ sed plura. qꝛ nūerum tēpus et ꝑsonam. et ergo sub nullo pōt cōprehēdi quia qua ratione deberet cōprehendi sub vno eadē ratione sub alio et sic oportuit ꝙ coniugatio verbi poneretur expresse.

Ar Quinto non sunt sex accidentia nominis igitur ꝓbatur oīa accidētia nominis sunt vnū igitur ꝓbatur añs. Quecūqꝫ vni et eidem sunt eadem inter se eadē sunt. sed oīa ista sex accn̄a vni et eidē nomini sunt eadā. ḡ etiaz inter se sunt eadē et per cōsequēs non distinguunt᷑ specifice. ꝓbatur maior auctoritate aristo. j. phisicoꝝ. minor quia oīa ista sex accidentia ꝯueniūt huic noī felix. hoc em̄ nomen felix est alicuius qualitatis. compatur. est alicuius gn̄is. nūeri. cas᷒. et figure. ℂ Dico verū argumētum ꝯcludit ꝙ ista sex accidentia vni et idē sunt eadem. et inter se sunt eadem ꝑm nūerum. et material'r non tamen formaliter. et sic em̄ distinguntur. sicut in simili albedo et dulcedo lactis sunt vnū nūero et materialiter ꝛ tm̄ distinguunt᷑ formaliter vt dictū est in notabili tertio.

Ar Sexto qualitas nō est accn̄s nois igit᷑. ꝓbatur. Illud qđ est eēntia alicuius non est accn̄s. sed qualitas est eēntia nois. igitur maior est aristo. j. phisicoꝝ. qui oñdit ꝙ illud qđ vere est nulli accidit. minor qꝛ significare per modū determinate apphensionis est essentiale noī et hoc est significare cū q̄litate vt cōiter ḡmatici exponunt. ℂ Dico verū argn̄tū ꝯcludit ꝙ capiendo q̄litatē ꝓ determinata apphensione tunc est essentialis noī sed sic non capit᷑ hic sed hic capitur pro significatiue vnius aut plurium et sic est accidens nominis.

Ar Septimo. tm̄ priscianus ponit quinqꝫ accn̄a nominis. ergo añs patet. ꝯ. maioris. ℂ Dico verum argumentū ꝯcludit ꝙ priscianus patet accidētia que ꝯueniunt cuilibet nomini vt speciē genus numerum figurā et casum. compationem aūt non posuit quia non ꝯuenit cuilibet nomini. quia solum adiectiuis. sed qualitatem comprehēdit sub numero quia sicut numerus causat᷑ a pluralitate et singularitate sic etiā qualitas.

Ar Octauo nō est ꝓpriū nois ꝑcare subam. ergo ꝓbat᷑ de᷒ est nomē et non ꝑcat subam igitur. Q᷒ prima ps sit vera ꝙ deus sit nomē notū est. Sed ꝙ de᷒ non significat substantiā. ꝓbat᷑ substātia dr a substādo. sed de᷒ nulli substat ergo de᷒ non est substātia. Maior est nota et est aristo. in ṗdicamētis. minor quia forma simplex subem̄ esse non potest. vt dicit Boeti᷒ in libro de trinitate. ℂ Dico verū argn̄tū ꝯcludit ꝙ hoc nomē de᷒ non significat substātiam vt substātia dicitur a substando. sed bene ꝑ se essendo quomodo deus est substātia.

Ar Nono Aliqđ est nomē qđ non ꝑcat subam. ꝓbat᷑ qꝛ albedo nigredo sunt noīa et tm̄ non ꝑcant subam sed accn̄s modo accn̄s et suba sunt primo diuersa. ℂ Dico verū argn̄tū ꝯcludit ꝙ hoc nomē albedo nigredo non significāt subam capiendo substātiam ꝓprie. sed bene cōiter qualiter hic debet capi.

Ar Decimo ꝑticipium etiā ꝑcat subam igitur non est ꝓpriū nois ꝑcare substantiam. andicedēs patet qꝛ legens significat hoiem legētez. ℂ Dico verum argumētum concludit ꝙ ꝑticipium ꝑcat substantiam sed nō ꝑcatione formali sed materiali. qꝛ formali ꝑcat actū vnitū substantie. Vel dico ꝙ licet ipsum ꝑticipium significat substātiam non tamē eodem modo sicut nomē quia nomen significat substantiam absolute sed participium cum tempore.

ℂ Qualitas noīm in quo est. Bipartita est Quo aūt em̄ vnius nomē est ꝛ ꝓpriū dicit᷑. aut multoꝝ et est appellatiuū

Utruz qualitates in noīe sint tm̄ due

Pro intellectōe questiōis mote. ℂ Notādū ṗmo ꝙ q̄litas nois ꝑm Remigiū describit᷑ sic. Qualitas est aptitudo nois ꝑcādi rē suā discrete vel cōiter. discrete

vt iohannes cōiter vt homo. Pro⁹ quis dione qualitatis nois intelligenda sciendū q per rem nois debet intelligi ſcatum nois. Significare aūt discrete est ſcare vnam rem tm̄ et nō plures vniuoce et diuisim. ¶ Dico notāter q nomē ꝓprie qualitatis ſcat vnā rem tm̄ vniuoce. qꝛ equiuoce pōt plures significare vt hoc nomen iohēs significat oēs vocatos hoc nomīe iohānes. hoc tm̄ est equiuoce. qꝛ vno noīe et diuersis rōnib⁹ saltem accn̄talibus. Alia em̄ rōne vnus vocat iohānes et alia rōne alter. vnus em̄ vocat iohēs qꝛ pater suus ita vocabat. alter qꝛ natus est in die iohis. Equiuocatio tamen talis non est ꝓprie dicta. Si em̄ noīa ꝓpria essent equiuoca equiuocatiōe ꝓprie dicta tūc non possent poni in p̄ntis ex quo nullū equiuocū ponit in p̄dicamēto vt sic. constat aūt q noīa ꝓpria ponuntur in p̄nto substantie ex quo sube prime. Ista ergo equiuocatō est accidētalis tm̄ impropꝛe dicta. ¶ Dico notāter scdō q noīa ꝓpria ſcant tm̄ vnam rē diuisim qꝛ ꝯiunctim p̄nt ſcare plures. vt hoc nomē iohānes significat corpus et aīam. sed nō diuisim. qꝛ nec corp⁹ p se ē iohēs nec aīa. ſ corp⁹ ꝛ aīa sil̄ cōstituūt totū cōpositum. Significare aūt cōmuniter est significare plures res vniuoce ꝛ diuisim. vt homo significat omnes homines qui naturam humanam ꝑticipant.

Notandū scdō. q qualitas quantum

elicit ex lr̄a donati describit sic. Qualitas est nomē vni⁹ vel pluriū. que dio cōiter intelligit sic. Qualitas est nomē aptū natum significare tm̄ vnā rem vniuoce et diuisim vl' plures. In q̄ dione nomē ponit pro gn̄e p qd dat intelligi q dio qualitatis est bona. oīe em̄ accidēs debet diffiniri per suū subcm̄ vt ostēdit. vij. methice. modo qualitas est accidēs nois; ergo bene dꝛ qualitas est nomē. Non est tm̄ intelligendū q qualitas simpl'r esset nomē. eo q oīe accn̄s realiter distinguit a subiecto suo vt declaratū est in p̄cedenti questione. Sed est intelligendum q qualitas ſm esse materiale est nomē. q̄no omne accidēs et subiectū nūero sūt idem. vt dicit. j. topicorū. Cum vō in dioīe dicitur vnius. tangit qualitas propria. vn̄ Qualitas ꝓpria est nomen vni⁹. s. rei ſcatiuū vt iohēs. Johannes em̄ significat indiuiduū. modo oīe indiuiduum est vnū numero. dicit em̄ Boetius in libello qui intitulat de vno et vnitate. Oīe qd est. ideo ē. qꝛ vnū numero ꝛ singulare est. Cum vero dicitur vel pluriū tangitur qualitas appellatiua. vn̄ qualitas appellatiua est nomen plurium. s. rerū significatiuū vt hō. homo em̄ est vniuersale. oīe aūt vl'e significat oīa suā supposita que in illa natura cōi couenīūt. Non est tm̄ intelligendū q vl'ia p̄mo et directe significant singularia quia primo et directe significat naturā cōmunem. et ex ꝯn̄ti ſcant indiuidua que illā naturā cōmunē ꝑticipant. vn̄ et dixit Richard⁹ biligam. homo hōem ſcat. i. naturā humanā primo et principal'r. et tm̄ nullū hoīem. i. singulare ſcat. s. primo et directe. licꝫ bene ex ꝯn̄ti. Quatuor aūt modis aliq̄d dicitur significare plura. Prīo actu. vt homo actu ſcat multa. Scdō opiōne vt hoc nomē de⁹ sol luna mundus significant pl'a opinione. Prim⁹ em̄ impositor opinat⁹ est esse plures deos. sil'r mundos et plures soles. licet ergo hoc nomē de⁹ significat tm̄ vnam rem actu. aptitudine tm̄ significat multas Sic etiā sol significat actu tm̄ vnaꝫ rem. aptitudine tm̄ significat multas. Vn̄ et ista noīa sol de⁹ mund⁹ sunt qualitatis appellatiue. Ista tm̄ aptitudo in illis nominibus significare plura nō tenet se ex p̄te rei sed ex p̄te impositionis vt dictum est. qꝛ credit esse plures deos. Tertio nomē significat plura potentia et successione vt fenix. vnica em̄ est auis in mūdo que dꝛ fenix actu. potentia tm̄ et successione sunt plures. Dicit em̄ plinius q fenix est vnica auis in arabia que cum senescit. t̄pe calidissimo colligit ramos exiccatos de arboribus nobilib⁹ et in dorsum suū ponit et volat in sursum quātum altius pōt in radiū solis. et sic ista ligna accendunt et descendēs in certū locum fenix comburitur. ex cuius cineribus alia fenix postea generat. Quarto nomē significat plura

imaginatiōe. vt hoc nomē chymera est nomen appellatiuū et non significat plura actu nec potentia nec opiniōe. sed imaginatione. significat em̄ illud qd p partes sue diffinitiōis exp̄mitur. vt caput virgineum ventrem leoninū. et caudaꝫ serpentinam. Dictū em̄ est ante q chymera est ens ſm imaginationem que imaginatio est impossibilium. vt dicitur. iij. phisicorum.

Notandū tertio q qualitas in nomie

est duplex. Cuius rō est ista qꝛ qualitas recipit a forma. sed forma rei est duplex ꝛ cōsiderat dupliciter. Primo em̄ forma cōsiderat absolute ꝛ ſm se et sic ē vl'is ꝛ ab illa forma sic cōsiderata accipitur qualitas appellatiua. appellatiua em̄ qualitas ſcat rem ꝯmunicabilē multis. cōmunicari aūt multis est de rōne vl'is. vl'e em̄ dat esse nomen et rōnem suis singularib⁹. vt dicit. vij. metha. vn̄ et dicit qualitas appellatiua q̄si ad plura pulsiua. nomen em̄ appellatiue q̄litatis pellitur ad multa ſcanda. Secūdo ꝯsiderat forma rei nō absolute ꝛ ſm se. sed vt est in certa materia recepta. et sic forma est indiuidua et singularisata. Dicit em̄ thomas in de ente et essentia. q forma rei ſm se accepta vl'is est. sed ꝯsiderata vt recipit in materiā que materia est p̄ncipiū indiuiduatiōis. tunc forma singularisat ꝛ indiuiduatur. et a tali forma sic in materia indiuiduata recipit qualitas ꝓpria. Vnde et dicit qualitas ꝓpria quasi poris et multitudine p̄uata. qꝛ tm̄ vni conuenit. pori em̄ sunt parua foramia in corpe aīalis p que exit sudor. et sunt multa. sic per quādam similitudinem dicit ꝓprium quasi poris et pluralitate significationis priuatum. patet ergo vn̄ sumitur qualitas nominis originaliter. De isto tamen melius patebit in sequētibus.

Notandū quarto. q quia qualitas ē

modus significādi nois accn̄talis. oīs aūt mod⁹ significandi original'r sumitur a re mediante modo intelligēdi. Primo em̄ modus ſcandi sumit a modo intelligēdi. mod⁹ autem intelligēdi accipit a modo essendi q̄ modus essendi est p̄ncipiū remotū et originale modorū significandi. modus aūt intelligendi ꝓpinquū. opꝫtet ergo intelligere a quo modo essendi originaliter sumit qualitas nominis. Pro quo notādū q licet dictū est in notabili q qualitas sumit a forma. et forma est duplex. s. vl'iter intellecta a qua sumit qualitas appellatiua et singulariter accepta a qua sumitur qualitas propria. Vt aūt hoc latius et distinci⁹ intelligeretur. Sciendū est ſm autorē modorum ſcandi q qualitas ponit a donato p accidente nois. non sic q esset aliqd nomē qd null⁹ esset qualitatis. sed sic q qualitas est preter intellectū essentialē nois. vt possum⁹ intelligere aliqd nomē esse p̄s orōnis et nō intelligēdo eius qualitatē oīe em̄ prius potest intelligi sine posteriori vt dicit purphiri⁹. ergo possum intelligere aliq̄d esse nomen nō intelligendo eius qualitatē. Capit ergo qualitas original'r a mō essendi forme qui mod⁹ essendi est duplex. Vnus em̄ modus essendi forme est cōis qn̄ scꝫ forma absolute et ſm se et eius rōnē absolutā ꝯsiderat. et sic ab illo mō essendi capitur qualitas appellatiua. nomē em̄ qualitatis appellatiue ſcat rem cōicabilē multis. formarū aūt rō est cōicari et dare esse multis. Aliter est mod⁹ essendi forme appropꝛiatus vel singularis. qn̄ scꝫ forma ꝯsiderat vt est limitata in certa materia ꝛ singularisata. et ab illo modo essendi forme sumit qualitas ꝓpria. sicut em̄ forma cōsiderata vt est in certa materia indiuiduatur et eius cōicabilitas terminat sic similiter momen ꝓprie qualitatis tm̄ vnam rem significat. vtꝫ. ergo vnde originaliter sumit qualitas appellatiua et etiā ꝓpria. Istis notabilib⁹ sic stātib⁹ est.

Conclusio respōsalis. Tātū due sunt

qualitas in nomine. scz propria et appellatiua. Huius conclusionis veritas patet ex his que dicta sunt.

Ar Primo. littera donati est incõgrua ergo ꝓbat. In ea interrogatiuũ ꝛ responsiuũ disconueniũt in casu. igitur est incõgrua tenet ꝯña. q² hoc est cõtra regulam cõem grãmatice. in qua dꝛ ꝙ interrogatiuũ et responsiuum debent cõuenire in casu añs. q² interrogatiuũ scz quo est ablti casus et responsiuũ biptita est nti casus. ¶ Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ interrogatiuũ ꝛ responsiuum debent ꝯuenire in casu qñ regunt ab eodem regente. vt q̄s currit rñdetur iohes. et quãdo regunt ex eadem vi. Si aũt regunt ex diuersis viribus non optet q̄liter est in ꝓposito. q² interrogatiuum quo regit ab illa prepõne in apte post ex nature. et responsiuũ biptita regitur aparteañ ex vi persone ab illo verbo est. quare argumentum non concludit.

Ar Scdo aliqd est nomẽ qd nullius est qualitatis ꝓbatur. q² hoc nomẽ q̄s ẽ nomen vt notũ est et nullius est qualitatis. ꝓbat q² donatus dicit in capitulo de pronoĩe ꝙ quis est min⁹ ꝙ̄ finite q̄litatis modo talis nec est ꝓpria nec appellatiua. ¶ Dico ꝙ donatus dicẽs ꝙ hoc nomẽ quis sit min⁹ ꝙ̄ finite. non voluit dicere et negare ꝙ quis non esset appellatiue qualitatis sed voluit ibi dicere ꝙ non ita certe significat sicut alia nomina.

Ar Tertio. aliqd est nomen qd nullius est qualitatis ꝓbat de isto noĩe magr̄. Non ꝓprie vt notum est. non etiã appellatiue ꝓbatur. Illud qd ex impositione ꝓcat vnam rem nõ ẽ appellatiue qualitatis. sed hoc nomẽ magr̄ ꝓcat vnam rem ex impositõe ergo. Maior q² nomen appellatiuũ ex impõne ꝓcat multas res Mior q² hoc nomẽ magister imponit ad ꝓcandum vnã rem quãdo quis ꝓmouetur ad dignitatem magistralẽ. ¶ Dico verũ argumẽtum ꝯcludit si hoc nomen magister imponeret ad ꝓcandũ vnã rem cum q̄s ꝓmouet in magistrũ. sed in tali ꝓmotione ꝓprie non imponit ei hoc nomẽ. sed tm̄ verificatur de ipso mediante copula de presenti. de quo prius non verificabat nisi mediante copula de potest vel erit et sic argumentum non concludit.

Ar Quarto aliqua sunt noĩa que nullius sunt q̄litatis. igitur ꝓbat de istis nominib⁹. oĩs null⁹ quilibz ꝙ nullius sunt q̄litatis ꝓbat. Nõ appellatiue q² nõ sunt termini cões in logica ergo nec sunt appellatiue q̄litatis in grãmatica tz ꝯña. ab eodẽ ad idem. q² termin⁹ cõis in logica est nomẽ appellatiuũ in grãmatica. vt ptz de istis nominib⁹ lapis. lignũ añs aũt est notum. q² oĩs nullus q̄libet sunt sinkathegreumata. modo sinkathegreuma nõ ẽ termin⁹ cõis. ¶ Dico verũ argñtũ concluderet si termin⁹ cõis in logica. et nomẽ appellatiuũ in grãmatica essent idẽ ꝯuertibiliter. sed hñt se sicut supius et inferi⁹. nomen em̄ appellatiuũ est supi⁹. ꝛ termin⁹ cõis inferius. oĩs em̄ termin⁹ cõis nominalis est nomẽ appallatiuũ. sed nõ ecõuerso sinkathegreumata em̄ sunt nomina appellatiua et non sunt termini cõmunes. ex quo non ꝓdicantur de pluribus.

Ar Quinto. Nulla est qualitas cõis. igitur nulla est qualitas appellatiua. tenet ꝯña ab eodem ad idẽ añs. nulla est res cõis igit nulla est qualitas cõis. Añs ptz autoritate Boetij in li. de vno et vnitate. cũ dt ꝙ oẽ qd est ideo est. q² vnum nũero et singulare est. ¶ Dico verũ argñtũ concluderet si q̄litas diceretur appellatiua vel cõmunis ratione modi essendi. sed dicitur communis ratiõe modi significãdi. q² nomẽ appellatiue q̄litatis significat mltas res.

Ar Sexto. aliqd est nomẽ qd nullius est q̄litatis. ꝓbatur de isto noĩe vrista. Nõ ꝓprie ꝓbatur. Illud qd ꝓcat multas res non est q̄litatis ꝓprie. sed vrista ꝓcat multas res ꝗ. Maior q² nomẽ ꝓprie qualitatis tm̄ ꝓcat vnaz rem. Minor q² hoc nomen vrista ꝓcat istam aquam que fluxit añ decẽ annos et q̄ hodie fluit et que fluet post centũ annos que non est eadẽ aqua. ¶ Dico vm argumentũ concludit. q² licz non est eadẽ aqua simplr̄ que fluit hodie et q̄ fluxit ante ꝛ fluet postea. sufficit tñ ꝙ est eadem aqua ꝓm successiõem. Pro quo intelligendo. Sciendũ ꝙ aliqua dicunt idem trib⁹ modis. Primo aliqd dꝛ idem simpliciter in quo simplr̄ nulla est facta mutatõ et sic deus dicit idem. de⁹ em̄ est imutabilis. vt ptz. xij. metha. Scdo aliquid dꝛ idem q² eius ps ꝓncipal' semꝑ est eadam ꝛ sic homo dicitur idẽ ꝑ totam vitã suam. q² aĩa sua semꝑ est eadem. Tertio aliqd dicitur idem ꝓm successionem et ꝯsimilẽ situ et ordinẽ quo ad celum. et sic vrista dꝛ idem fluui⁹ qui iaz fluit et fluxit añ centũ annos et fluet post centũ annos. q² cõtinue vna pars succedit aliam et etiam est in simili situ et ordine ad celũ vrista. ꝗ proprie est nomen situs et non substantie.

Ar Septimo aliqd est nomen qd nullius est qualitatis igitur ꝓbat. q² hoc nomen deus est nomẽ et nulli⁹ qualitatis non ꝓprie q² deus est vl'e et species. vt cõiter dicunt logici modo ꝓpriũ non est spẽs nec vl'e. Nõ appellatiue pz q² nomẽ appellatiue qualitatis ꝓcat multa. sed de⁹ tm̄ vni conuenit. q² vnus est deus maior est nota silr̄ mior. ¶ Dico ꝙ hoc nomen de⁹ est nomẽ appellatiue qualitatis et licet non ꝯuenit multis actu. tamẽ aptitudinẽ. Et si dicit sequit deus significat mlta aptitudine ergo actu tenet ꝯña q² aptitudo est reducenda ad actũ. Dicitur em̄. j. celi. Frustra est calciatio. cui⁹ nõ est calciamentum. Dico verum argumẽtum cõcluderet si aptitudo reduceret ad actũ. sed nõ oportet ꝙ aptitudo reducatur ad actũ sed potentia reducit ad actũ. Sequit correlarie pmo ꝙ aptitudo et potẽtia dñt tripliciter. ptz q² aptitudo sequit formã sed potentia materiam. Scda dñã. aptitudo non reducit ad actum sed poña si non est frustra reducitur ad actũ. Ratio quare aptitudo non reducit ad actum. quia aptitudo requirit formam. modo forma est ens in actu. ens enim in actu est forma vel ens habẽs formam. Sed potentia reducit in actum. q² potẽtia sequitur materiam. modo materia non est in actu sed in potẽtia tm̄ vt dꝛ. j. phisi. Tertia dñã q² aptitudo ꝑsupponit rem esse. sed poña non ꝑsupponit rem esse vñ hec est va antixps potest currere. sed hec est falsa. antixps aptus natus est currere.

Ar Vltimo aliqd est nomẽ qd nulli⁹ est qualitatis ꝓbatur. q² nomẽ materialiter captũ est nomẽ vt notum est et nullius est qualitatis ꝓbatur. nõ ꝓprie. quia nomẽ materialiter supponens ꝓcat plura igit ꝓbatur. q² ꝓcat se et suũ silẽ. modo id qd ꝓcat se et suum simile ꝓcat mlta vel plura. Dicunt enim iuriste. Pluralis locutio nũero duorũ est cõtenta. Non etiã appellatiue. ꝓbatur autoritate grãmaticorum qui dicunt. Est ꝓprie qualis omnis vox materialis. ¶ Dico verũ argñtũ concludit ꝙ si nomẽ materialr̄ captũ solum accipit pro se tunc est ꝓprie qualitatis. q² sic tm̄ accipitur sub cõceptu vnius. Si aũt nomẽ materialiter supponens accipit pro se et sibi simili tũc est appellatiue qualitatis. q² sic accipitur sub conceptu ꝯmuni ergo ꝛc̄.

¶ Compatiõis gradus quot sunt? Tres. Qui? Positiu⁹ vt doct⁹. Cõpatiu⁹ vt doctior. Suplatiuus vt doctissim⁹.

Vtrũ tm̃ tres sint gradus compationis.

Pro intellectõe questiõis mote. ¶ Notãdũ est pmo. ꝙ Cõpatio describit sic. Compatio est noĩm eiusdẽ casus idẽ ꝯnotãtium vel idẽ ꝯnotare appentiũ ꝓm magis et minus in diuersis gradib⁹ debita collocatõ. Que diõ compationis declarat esse bõna. In ea em̄ primo ꝑ gñe ponitur debita collatio. vñ Debita collatio ẽ ꝙ si positiu⁹ est singularis nũeri etiã cõpatiu⁹ ꝛ suplatiu⁹ dñt esse singlaris nũeri. et ergo hic non est cõpatio. doct⁹ doctior doctissimi. Dicit scdo noĩm eiusdem casus. q² si cõpatiu⁹ et suplatiu⁹ essent diuersorũ casuũ nõ essz cõpatio. Dr

etiā noīm ad denotandū ꝙ vnū nomē non facit ꝯpationē. Dicit tertio. idē cōno tātiū. i. ſ̄cantiā ad denotandū ꝙ ꝯpatiuꝰ positiuꝰ et suplatiuus debēt ſ̄care idē licet non eodē modo. positiuus enī ſ̄cat absolute sine excessu cōpatiuus cum excessu mediocri suplatiuus cum excessu in summo vt postea dicet. Dicit quarto. vel idem ꝯnotare appentiū. ad includendū illā cōpationē. nouꝰ nouioꝛ nouissimus. In qua licet ꝯpatiuus positiuꝰ et suplatiuus non ſ̄cant idē. tñ vident ſ̄care idē ꝓpter idemptitatē vocis. Nouus enī positiuꝰ et compatiuꝰ nouioꝛ. valent tñ sicut recens. sed suplatiuꝰ nouissimꝰ valet tñ sicut vltimus. Dicit quinto ſm magis. i. ſm excessum. vt magnus maioꝛ maximꝰ. Dicit sexto ſm minꝰ. i. ſm crescētiam et diminutionē. vt paruus mioꝛ minimꝰ. Dicit vltimo in diuersis gradibꝰ: ad denotandū ꝙ compatio cōpleta debet fieri ꝑ tres gradꝰ. ¶ Est aūt cōpatio duplex. quedā regularis. et quedā irregularis. Cōpatio regularis est ꝯpatio in qua compatiuꝰ ⁊ suplatiuꝰ regulariter formant a positiuo sub ꝯuenientia principij et dñā finis. Vel vbi compatiuꝰ excedit positiuū in vna syllaba. ⁊ suplatiuus excedit positiuū in duabꝰ. Et ad talē ꝯpationē reqrunt quatuoꝛ ꝯditiones. Prima ꝙ in tali compatōe debet esse cōuenientia ꝓncipij et dñā finis in compatiuo positiuo ⁊ supla tiuo et ergo hic non est ꝯpatio reglaris bonꝰ melioꝛ optimus silr hic malus peioꝛ pessimꝰ. Scđa cōditio ꝙ ꝯpatiuꝰ excedat positiuum in vna syllaba et suplatiuus in duabꝰ. et ergo hic non est cōpatio reglaris. magnificus magnificentioꝛ magnificētissimus. qꝛ ꝯpatiuꝰ excedit positiuū ī duabꝰ syllabis et suplatiuꝰ in tribus. Tertia cōclusio ꝙ in cōpatione regulari debet esse regularis formatio ꝯpatiui ⁊ suplatiui a positiuo. et ergo hic nō est cōpatio reglaris. arduus magis arduus arduissimus eo ꝙ ibi non ponit compatiuꝰ sed ponitur aliqd loco compatiui. Quarta ꝯditio ꝙ in compatiōe reglari debet esse idemptitas et cōuenientia ſ̄cati. et ergo hic non est compatio regularis nouus nouioꝛ nouissimꝰ vt dictum est supius. Sed cōpatio irregularis est qñ compatiuus et suplatiuus non regulariter formant a positiuo sub cōuenientia ꝓncipij et dñā finis. Et fit compatio irregularis quatuoꝛ modis. Primo per subtractiōem syllabe vt iuuenis iunioꝛ. Scđo per additiōem syllabe vt magnificus magnificentioꝛ magnificētissimus. vbi addit illa syllaba cen. Tertio per illā mutationē vocis. vt bonus melioꝛ optimꝰ. Quatro per mutationē ſ̄cati vt nouus nouioꝛ nouissimꝰ. silr pōt compatio irregularis fieri suppletione. vt quādo positiuꝰ cum isto aduerbio magis ponit loco compatiui vt pius magis pius pijssimus.

Notandū scđo. gradꝰ cōpatōis cōiter

describitur sic. Gradus cōpatiōis est nomē ꝯcretiue ſ̄cans dispōem intensibilē vel remissibilem augmentabilē vel diminuibilē cum excessu vel sine excessu. Dicit primo in diffinitione gradꝰ cōpationis est nomē ſ̄cans ꝯcretiue. vñ Significare ꝯcretiue est ſ̄care adiectiue. Significare aūt adiectiue est ſ̄care subam et accñs. accidens formalr. et subam materialiter. vt albus formalr ſ̄cat albedinē. dꝛ enī in ꝑdicamentis. Albus solā qualitatē ſ̄cat qđ est verū formaliter. materialr albus ſ̄cat subam vel subcm̄ in quo est albedo. vñ et concretū dicit a con qđ est simul et cerno. i. significo quasi silr cernēs vel ſ̄cās duo. Dicit scđo in diffinitione. dispōem intēsibilem vel remissibilē. augmētabilem vel diminuibilem. Pro quo sciēdum ꝙ intensio et remissio ꝓprie conueniūt qualitatibus. augmentatio aūt et diminutio quātitati. vñ Intensio est ꝑexñtis qualitatis in subcō fortificatō. vt cum aliqd ē modicum albū et postea fit magis album. et dicit intensio quasi intus tēsio. Illud enī ꝓprie intendit qđ suscipit magis vt dꝛ in ꝑntis. Remissio aūt est preexñtis qualitatis in subcō debilitatō vt cum aliquid est calidū in summo et postea fit tepidū. Augmentatō est ꝑexistentis quātitatis maioratio. vt cum aliquid est paruū modo crescēdo et vegetādo fit malus. Diminutio est ꝑexñtis quātitatis minoratio. noīa aūt de ꝑdicamento qualitatis significant intēsibilem remissibilem. vt albus niger bonus malus. sed noīa de ꝑdicamento quātitatis ſ̄cant dispositiōem augmentabilē vel diminuibilem. Dicitur tertio in diffinitiōe. cū excessu vel sine excessu. et in istis ꝑticulis tangit triplex gradꝰ compatiōis per quem noīa compant. Positiuus tangit cum dicit sine excessu. per positiū enī res compant absolute sine omi excessu vt iohēs est ita bonus sicut petrus. Cum vero dꝛ cū excessu tangitur compatiuꝰ et suplatiuus per compatiū res cōpantur cum excessu mediocri. vt sortes est fortioꝛ petro per suplatiū aūt compant res cum excessu in summo. vt iohēs est fortissimꝰ hoim. vt postea dicet. Vltra suplatiū nō fit excessus. triplex itaqꝫ est gradus ꝑ queꝫ compatōem facimꝰ. Primus est positiuus vñ Positiuꝰ est gradus cōpatōis significās suū ſ̄catum sub modo compādi res ad inuicem sine excessu absolute. vt iohēs est ita doctus sicut petrus que valet tñ. iohēs non excedit petrū in scientia. Vel describitur sic. positiuus est nomen ſ̄cans concretiue dispōem intensibilem vel remissibilē augmētabilem vel diminuibilem sine excessu. Dicitur aūt positiuꝰ a verbo pono. is. ere. quia ipe ponit fundamentū aliorum graduū compatiui et suplatiui quo ad formatōem. qꝛ ambo formant ab eodem vt postea dicet. Silr ponit fundamentū eoꝛū quo ad regimen. qꝛ quecūqꝫ casum regit positiuus eundē etiā regit compatiuꝰ et suplatiuꝰ. vt inferius. Terminatiōes aūt ipsiꝰ positiui sunt octo. er. vt paup. es. vt diues. is. vt hūilis. us. vt magnus. ans. vt amans. ens. vt sapiens. ers vt solers. x vt felix. ¶ Compatiuus describitur sic. Est gradus compatōis ſ̄cans suū significatum sub modo compandi res ad inuicem cuꝫ excessu mediocri et determiato vt iohēs est fortioꝛ platone. Vel compatiuꝰ est nomen concretiue ſ̄cans dispōnem intensibilem vel remissibilē. augmētabilem cū excessu mediocri ⁊ determiato. Et dicitur compatiuꝰ per excellentiā. qꝛ per ipm magis compamꝰ res adinuicē ꝙ per alios gradꝰ. Ois aūt compatiuus aut termiatur in oꝛ aut in us. et est generis cōmunis aut neutrius. Vsus Compatiuꝰ in oꝛ generis cōis habet. Compatiuꝰ in us generis neutrius habetur. Et de formatōe compatiui ꝓscianus duas assignat regulas. Prima si positiuꝰ fuerit scđe declinatōis tūc compatiuꝰ formatur a gtō singulari. breuiando i et addendo oꝛ vt albus albi. breuia i et adde oꝛ. erit albioꝛ. Scđa regula Si positiuꝰ fuerit tertie declinatōis tunc compatiuus formatur a dtō singlari breuiando i et addēdo oꝛ. vt fortis forti. breuia i ⁊ adde oꝛ erit fortioꝛ. Exceptōes aūt istarum regulaꝝ sūt leues et cōes ideo in petro helie videant. ¶ Suplatiuus describit sic est gradus compatiōis ſ̄cans ſ̄catum suū sub modo compandi res adinuicem excessus sumi. vel est nomen concretiue ſ̄cans dispōnem intensibilem vel remissibilē. augmentabilē diminuibilē cum excessu in summo. Et dicit suplatiuꝰ a supferendo. qꝛ supfertur omnibꝰ rebus collatis sui generis. hoc est tm̄ dicere ꝙ vltra suplatiuū non fit excessus. Et omnis suplatiuꝰ aut est scđe declinatōis. vt fortissimus aut ꝓme vt fortissima. Et de eiꝰ formatōe sunt tres regule. Prima si positiuus fuerit scđe declinatōis tūc suplatiuus formatur a gtō singlari addendo s et simꝰ. vt doctus docti addendo s et simus erit doctissimus. Scđa regula si positiuꝰ est tertie declinatōis et terminatur in is tunc suplatiuus formatur a gtō singulari addendo simus vt fortis addē simꝰ fit fortissimus. ab ista regula excipiunt quinqꝫ noia designata ꝑ hāc dcōnem fagus que non formant suplatiū in simꝰ. sed in limꝰ ꝑ geminū ll proferendo vt facilis hꝫ facillimus agilis agillimus. gracilis gracillimꝰ. hūilis humillimꝰ silis hꝫ simillimꝰ. Rō aūt huiꝰ quare ista noia quinqꝫ hñt duplex ll. in suplatiuo. qꝛ suplatiuꝰ in ipsis format a gtō singulari deponēdo is et addendo limus vt silis deponendo is manet simil. addendo limus fit simillimus. Tertia regula si positiuus termiatur in r cuiuscūqꝫ declinatōis fuerit tūc suplatiuꝰ formatur a ntō singlari addēdo rimus. exm̄ de tertia vt paup adde rimꝰ erit pauprimꝰ

de sc̄da miser adde rimus erit miserrimus. Exceptiões harum regularum sunt cões vñ videant in petro helie. Terminatiões aũt suplatiui sunt octo. timus vt optimus. simus vt doctissim⁹. limus vt humilim⁹. ximus vt maxim⁹ rimus. vt pauprimus. remus vt supmus. fimus vt infimus nimus vt minimus.

Notandũ tertio ꝙ autor modoꝝ ꝓcã

di dicit ꝙ cõpatio pro tanto a donato ponit̃ ꝓ accidente noĩs q2 est extra intellectũ essẽtialem nomis. possum eñ intelligere aliquid esse nomẽ essentialiter non intellecta eius compatiõe. eo ꝙ prius potest intelligi sine posteriori ad accidens aũt sufficit ꝙ abest suo subiecto ꝑm moduz intelligẽdi vt dictum ẽ supius. omnis aũt modus significãdi capitur a suo modo essendi originaliter. Ideo sciendũ ꝙ q2 oĩe nomen compabile ꝓcat formã q̃ue licet ꝑm sui essentiã non suscipiat magis et minus. tñ ꝑm esse qð habet in subiecto suscipit magis et minus ⁊ intenditur ⁊ remittit̃. vt oñdit hoc aristo. in li. p̃dicamẽtoꝝ in p̃nto qualitatis. vbi dt̃ ꝙ qualitas ꝑm se non suscipit magis ⁊ min⁹ sed ꝑm esse qð habz in subcõ. Et q2 esse forme tripl'r potest se habere in subiecto. qñq3 forma habet esse in subiecto absolute ⁊ simpl'r. non cũ excessu respectu alterius. et hoc ꝓcatur ꝑ positiũ. vt albus. Sc̄da forma habet esse in subiecto cum excessu mediocri respectu alterius et hoc esse ꝓcatur ꝑ cõpatiũ vt albior. Qñq3 vo forma habet esse in subiecto cum excessu in sũmo respectu alterius et hoc significat ꝑ suplatiũ. Ideo compatio original'r sumit̃ ꝑm autorem modorum ꝓcandi ab esse forme, qð hз in subcõ suo et q2 hoc esse variat̃ tribus modis. g̃ etiam tres sunt gradus compatõis ⁊ nõ plures. pз igit̃ ꝙ tñ tres sunt gradus ꝯpatõis in g̃ᷓmatica qb⁹ ngĩa ꝯpant̃.

Notandũ q̃rto Cõpatio ꝑm autorem

modorum ꝓcãdi est mod⁹ ꝓcandi hoĩs attribut⁹. et cõcessus noĩ ad ꝓcandũ rez suã intensibilẽ vel remissibilẽ. augmẽtabilem vel diminuibilem vt est in subiecto simpl'r vel cum excessu circa teriũ vel cũ excessu in terio. Et in ista dõe tangitur simplex gradus compatõis. Cũ dicitur simpl'r in subcõ tangit̃ positiu⁹. Cum dicitur cum excessu citra terim tangit̃ compatiu⁹. Cum vero dr̃ vel cuz excessu in termino tangit̃ suplatiu⁹. vñ positiu⁹ ꝑm autorẽ modorum ꝓcandi describitur sic. Positiuus est modus ꝓcandi attribut⁹ noĩ ad designandũ rem suã vt est in subiecto simpl'r vt albus. Compatiu⁹ est modus ꝓcandi noĩs attributus noĩ ad designandũ rem suã prout est in subiecto cum excessu citra terim vt albior. Suplatiuus est modus ꝓcandi noĩs attributus noĩ ad designãdũ rem suã vt est in subiecto cũ excessu in terio. vt albissimus. ¶ Sciẽdũ est etiã ꝙ est vna regula notabilis in grãmatica circa ꝯpatiõem attendẽda. Noĩa adiectiua que hñt i aut us vł u ante us. vel etiã u ante is non hñt compatõem ꝓpriam. sed circũlocutiuũ per suum positiuũ et cũ hoc aduerbio magis. exm̃ p̃mi vt egregius qð sic compat̃. egregius magis egregius. exm̃ sc̄di strenuus magis strenuus. exm̃ tertij tenuis magis tenuis. Et illius regule duplex est causa. Prima ꝓpter euitare malum sonum. si eñ diceret̃ egregius egregior. arduus ardior esset turpis sonus ꝓpter nimium et frequentẽ ꝯcursum vocaliũ. qui ꝯcursus causat malũ sonũ. Sc̄da causa est repugnãtia duarum regularum in grãmatica et hec causa est melior. Pria q2 est regula gñalis in grãmatica ꝙ oĩs compatiu⁹ regulariter format⁹ debet excedere positiuũ in vna sillaba. Sc̄da regl'a ꝙ qñ illa vocalis i ponit̃ inter duas vocales tunc amittit vim vocalis et fit ꝯsonans ⁊ debet ꝯsilabicari cum vocali sequenti. Rõne prime regule deberet dici pius pijor ꝑ tres sillabas. Rõne sc̄de regule deberet dici pior ꝑ duas sillabas. Ne ergo alicui regule essз cõradictio eo ꝙ ambe sunt autẽtice in grãmatica. grãmatici inuenerunt medium ꝙ talia noĩa

habent compatiuũ per circũlocutiõem positiui ⁊ huius aduerbij magis. Et hoc tangit alexander cum dicit. I vel u si p̃it us sequitur magis et positiu⁹. Aut u si p̃eit is tenuis fit tibi testis. Strenuus ⁊ dubius pius arduus egregiusq3. Per magis ista suum formabunt compatiũ. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cõclusio respõsalis Tñ tres sunt gra

d⁹ cõpatiõis specifice et formal'r distincti. et hoc cõpatõis ꝯplete ꝑm diuisionẽ mediatam et cõiter cõsuetam fieri. Veritas huius cõclusiõis patet ex sufficiẽtia et est ista. Oĩs gradus ꝯpationis aut ꝓcat cum excessu aut sine excessu. si sine excessu sic est positiu⁹ si cum excessu hoc est dupliciter. Aut cũ excessu in summo sic est suplatiu⁹. aut cum excessu mediocri sic est compatiuus. Dicitur p̃mo in cõcl'oe. ꝙ tñ tres sunt gradus compationis complete ꝓpter compationem incompletam q̃ue tñ fit per duos grad⁹ vt iuuenis iunior. Dicitur sc̄do in cõcl'one ꝑm diuisionem mediatã q2 sc̄dm diuisionẽ immediatã essent tñ duo gradus compationis vt dictũ est in sufficiẽtia. Et sunt grad⁹ compatiõis inuẽti duplici de causa. Primo vt vnũ et idem accidens ꝑm speciẽ possit inesse eidem rei vel etiã diuersis rebus cũ excessu vel sine excessu. ¶ Dico notanter idem accñs ꝑm speciez q2 idem accñs ꝑm numerum non põt inesse diuersis rebus. Dicitur eñ. vij methaphi. Accidens non migrat de subiecto in subiectũ. Et. iiij. phi. dicitur. Idem non est in diuersis. Sc̄do causa breuitatis breuius est eñ dicere. sortes est albior platone. q̃ꝫ dicere sortes est magis albus q̃ꝫ plato. Et breuius est dicere. sortes ẽ albissimus hominum q̃ꝫ dicere. sortes est albior inter homines.

Ar Primo non sunt tres grad⁹ compatõis igitur ꝓbat̃. q2 positiu⁹ non est gradus compatõis. ꝓbatur ꝑ oẽm gradum res compant̃. sed per positiuũ res non compant̃ igit̃ maior est nota. minor q2 oĩs compatio fit cũ quadam excedentia vel excessu. vt iohes est doctior petro. modo positiu⁹ significat sine excessu. ¶ Dico verum argumẽtum ꝯcludit ꝙ per ~~compatiũ~~ res cõpantur sed sine excessu. licet vt in plurim compatio fit cum excessu.

Ar Sc̄do non sunt tres gradus compationis. ꝓbatur solum compatiu⁹ est gradus compationis ꝓbatur autoritate. Biligã qui ostendit ꝙ oĩs gradus cõpationis dicitur compatiu⁹. ¶ Dico verũ argumentũ cõcludit ꝙ oĩs gradus compationis dr̃ compatiuus capiendo compatiũ cõmuniter. sꝫ debet capi ꝓprie. et sic compatiu⁹ dicitur gradus compationis ꝑ excellentiã. q2 per ipsum sepius res compatur ⁊ est vsitatior q̃ꝫ alij duo gradus.

Ar Tertio non sunt tres gradus compatõis igit̃. ꝓbat̃ non omne nomẽ cõpatur per istos tres gradus igit̃ ꝓbatur de noĩbus iuuenis senex que solum compantur ꝑ duos gradus vt iuuenis iunior. senex senior. ¶ Dico verum argumentum cõcludit ꝙ tres sunt gradus compatõis cõplete in compatione tamẽ incompleta et imꝑfecta non oportet esse tres gradus.

Ar Quarto quinq3 sunt gradus compationis ergo non tres. ꝓbat̃ de ista compatione ꝓpe. ꝓpior ꝓximus. tunc vltra ꝓximus ꝓximior ꝓximissim⁹. ¶ Dico verũ argumentũ cõcludit. ꝙ ꝓximus p̃t esse positiuus et etiam suplatiuus respectu diuersorum. qñ eñ importat ꝓpinquitatẽ loci tunc est suplatiuus huius compationis ꝓpe ꝓpior ꝓximus. sed qñ significat consanguinitatem tũc est positiu⁹ huius compationis ꝓximus ꝓximior ꝓxissimus.

Ar Quinto plures sunt gradus compationis q̃ꝫ tres. ergo ꝓbat̃. q2 sex sunt gradus compatõis. ꝓbat̃ q2 tres sunt gradus cõpationis ascendendo vt magnus maior maximus. simil'r sunt tres gradus descendẽdo. vt ꝑuus. minor. minimus. ¶ Dico cõclusio intelligitur ꝙ tres sunt gradus compationis veruз est de compatione que fit per ascensum/et non de compatione que fit ꝑ descensum Vel dico ꝙ compatio que fit ꝑ descensum comp̃hendit̃ sub ꝯpatione que fit per

assensum. eadē enī est via ab athenis ad athebas. iij. phisicorum et econuerso.

Ar Sexto compatio in gramatica non est possibilis. igitur pbat qꝛ si sic vt ergo esset in vna dcōne vel in pluribus non in vna qꝛ compatio est plurium noim vt dictum est ante. Non enī in pluribus qꝛ idē accidens nō potest esse in diuersis subiectis dicit enī. vij. metha. ꝙ accidens nō migrat de subiecto in subiectū. ¶ Dico verū argumentū cōcludit ꝙ idem accñs non est in diuersis subiectis ꝓm numerū sed bene scd̄m speciem. et sic dico ꝙ bene ꝯpatio est in positiuo cōpatio et etiā suplatiuo sed non eodem modo. qꝛ in positiuo sine excessu. in compatiuo cum excessu mediocri. in suplatiuo cum excessu in sum̄o.

Ar Septimo. Compatio non est accñs nois. igitur pbat autoritate pscian qui non ponit compatōem. modo pscian⁹ est princeps gramaticorū omni aūt autori in sua facultate est credendū. ¶ Dico ꝙ locus ab autoritate negatiua non valet. vñ non sequitur pscianus hoc non posuit ergo non est ita sed affirmatiue bene valet. Et rō quare pscianus non posuit ꝯpatōez inter accidentia nois quia pscianus solum posuit illa accidētia que cōueniūt cuilibet nomini modo compatio non cōuenit cuilibet nomini quia solum adiectiuis.

Ar Octauo et vltimo. Cōpatiuus et suplatiu⁹ non formant a positiuo igit pbatur. oīe qd̄ fit a sibisimili fit. sed compatiu⁹ suplatiu⁹ ꝛ positiu⁹ dr̄nt spē igitur. cōpatiu⁹ et suplatiu⁹ non formant a positio. maior est aristo. vij. metha. mior patet ex declaratōe cōclusionis. ¶ Dico verū argumētū cōcludit ꝙ cōpatiu⁹ ꝛ suplatiuus non formant a positiuo quo ad significatiōez quia sic differunt specifice. licet bñ quo ad vocem. vt vox compatiui et suplatiui formant a voce positiui vt declaratū est in reglis formationū ꝯpatiui ꝛ suplatiui.

¶ Que nomia ꝯparant: Appellatiua dūtaxat. qualitatē aut quātitatem significantia. Qualitatem vt bonus malus Quantitatē. vt magnus paruus. Comparatiuus cui casui seruit: Ablatiuo vtriusq̧ nūeri sine preposit̄ione. Quo dicimus enī: doctior illo vel doctior illis. Suplatiuus cui casui seruit: Gtō tantū plurali vel collectiuo singulari. Quo modo dicimus enī: Doctissimus poetarum fuit virgilius vel Optimus plebis.

Vtrū tm̄ noia appellatia qualitatē ꝛ

q̄ntitatē ꝓcantia cōpant. et vtrum lr̄a de regimīe compatiui et suplatiui sit bene assignata. Pro intellectione questiōis mote. ¶ Notādum primo ꝙ hec questio duo querit. Primo querit vtrum noia significātia qualitatē et quātitatem compantur vt dicit littera secundo querit. Vtrum regimē compatiui ꝛ suplatiui in littera positū sit bene assignatum. Pro intellectione partis prime. Notādum ꝙ ad nomen compabile requiruntur quinq̧ cōditiones. Prima ꝙ tale nomē sit appellatiuum. et per hoc excluduntur noia propria que vt sic. i. inquantum propa non ꝯpant. Rō qꝛ illud qd̄ debet ꝯpari debet ꝓcare rem intensibilē vel remissibilē ꝛ dꝫ ꝓcare illud qd̄ suscipit magis et min⁹. noia aūt ꝓpria ꝓcant subam substātia aūt non suscipit magis neq̧ min⁹ vt pꝫ in ꝓdicamētis. ¶ Dico ꝙ noia ꝓpria inquantū ꝓpria nō cōpant. licet noia ppa trāssumptiue sumpta ꝯpantur. vt cū salomon capit ꝓ sapiente. et pius pro benigno. Scd̄a conditio requisita ad nomen ꝯpabile est ꝙ tale debet ꝓcare qualitatē aut quantitatē et ꝑ hoc excludunt termini de predicamento sube et de alijs ꝓdicamentis qui non ꝯpantur. eo ꝙ non ꝓcant qualitatē aut quātitatē. Tertia cōditio est ꝙ tale nomen habeat vocem abilē ad ꝯpandum. et ergo hoc nomen niuius non ꝯpat. eo ꝙ nō habet vocē abilē ad cōpandū. si enī dicerem⁹ niuius niuior. esset minus cōcursus vocaliū et sic per cōsequēs malus et turpis son⁹. Sic silr̄ hoc nomē par non ꝯpatur. qꝛ nō habet vocem abilē ad compandū. Sequit correlarie ꝙ candid⁹ ꝯpat et non niuius. Ratio qꝛ candid⁹ habet vocē abilem ad compandū et nō niuius. silr̄ similis cōpat et par non ꝯpatur. qꝛ silis habet vocem abilem ad cōpandū sed non par. Quarta ꝯditio sic requisita ad nomē ꝯpabile ꝙ illu doebet ꝓcare qualitatē aut quātitatē ꝯcretiue. et ergo abstracta nō ꝯpantur ideo qꝛ abstracta vt albedo nigredo ꝓcant formam absolute que forma nō suscipit magis et minus in sui essentia dt enī Gilbert⁹ autor sex ꝓncipiorū Forma est simplex ꝛ in inuariabili essentia cōsistens. Sed cōcreta vt alb⁹ niger ꝯpant. qꝛ talia significāt formā vt ē i subiecto modo forma ꝓm se esse qd̄ habet in subcō suscipit magis et minus vt dicitur in ꝓdicamentis. Quinta ꝯditio ꝙ oīe ꝯpabile debet esse adiectiū vocis ꝛ ꝓcati simul. ꝛ ꝓpter hanc ꝯditiōem hoc nomē qualis non cōpat. licet enī qualis ꝓcat q̄litatem ꝯcretiue tm̄. qꝛ non est adiectiū vocis et ꝓcati simul. ideo nō compatur.

Notandū scd̄o pro intelligētia huius

q̄ūo noia significātia q̄ntitatē ꝯpantur exquo oīe nomē compabile debet ꝓcare rem que suscipit magis et minus. et aristo. ostēdit in libris ꝓdicamentorū in secunda ꝓprietate ꝓnti q̄ntitatis ꝙ quātitas non suscipit magis et minus. Notādū ꝙ magis et minus capiūtur dupl̄r. Vno⁰ vt magis dicit intensionē vt maiorem. et min⁹ dicit remissionē isto⁰ capiendo magis ꝛ minus ꝯueniūt soli qualitati. qꝛ intensio et remissio locū ꝯueniunt q̄litatibus et noia ꝓcantia quātitatez nō suscipiūt magis et minus qꝛ qualitas non est quātitas. Scd̄o magis ꝛ min⁹ capiunt vt ꝓcant extensionē. et isto modo magis et min⁹ cōueniunt etiā quātitati. vna q̄ntitas enī est plus extensa q̄ alia vt vlna est pl⁹ extensa q̄ media ꝛ isto modo cōcedit ꝙ noia ꝓcantia quātitatem suscipiūt magis et minus. Sequitur correlarie licꝫ quātitas non suscipit magis et minus intensiue. tm̄ extensiue ꝛ sic noia ꝓcantia quantitatē etiā suscipiunt magis et min⁹ extensiue sed nō intēsiue.

Notandū tertio ꝙ donat⁹ in textu de

terminat de regimīe ꝯpatiui et suplatiui non ꝓncipali intētōe. Rō qꝛ scia donati ꝑtinet ad ethimologiam. scia aūt de regimīe ꝑtinet ad dyasintheticam. sed facit donatus ideo vt ꝑfecte notificaret naturam ḡduum ꝯpationis q̄ natura exprimitur ꝑ eorum regimē et cōstructōem. pro quo Notādum ꝙ ꝯpatiuus capitur dupl̄r. Vno⁰ adiectiue et isto modo cōuenit cum suo substātiuo in accñtib⁹ gramaticalibus vt fortior hō laborat et sic ꝯpatiuus nullū casuꝫ regit. Rō qꝛ adiectiū non regit substātiuū nec ecōuerso. sed sic ꝯpatiu⁹ cōstruitur cum substātiuo sub cōueniētia gn̄is nūeri et casus. Scd̄o capit ꝯpatiu⁹ ꝯpatiue et sic habet duplex regimē. Vnum regimē accōmodatū et sic regit eundē casum que suus positiu⁹. sicut enī hec est cōgrua diues agri sic hec ditior agri. Rō huius dicetur inferius. Scd̄m regimen habet aptepost ꝓpriam et isto⁰ regit aptepost q̄nq̧ abltm̄ singl̄aris nūeri vt fortior illo q̄nq̧ abltm̄ pluralis nūeri vt pꝫ in ꝯcl'one. Pro q̄ intelligendo ꝙ vtriusq̧ in lr̄a ꝑt teneri dupliciter. Vno modo collectiue et sic nō debet hic teneri. qꝛ sic lr̄a essꝫ falsa. valeret enī tm̄ ꝙ compatiu⁹ regit abltm̄ vtri

usq3 nũeri.i. regit ablm̃ qui indiffter est in vna et eadẽ orõne singularis et etiã pluralis nũeri.et hoc est falsum nũerus eiñ signlaris et pluralis nõ possunt cõuenire vni ⁊ eidẽ eodem mõ exquo distinguũtur specifice. Scdo vtriusq3 tenet diuisiue.vt sit sensus.compatiuus regit ablm̃ casum vtriusq3 numeri.i.id est compatiuus regit quandoq3 ablm̃ singularis numeri vt fortior illo.aliquando vero ablm̃ pluralis numeri vt fortior illis.

Notanduz q̃rto et vltio q Donatus

ostendit regimen ipsius suplatiui dicens q suplatiuus regit qñq3 gtm̃ pluralis nũeri nois non collectiui vt fortissimus hoim.qñq3 aũt regit gtm̃ singularem nois collectiui vt virgilius fuit optimus plebis.vt patebit in cõclusione. Pro quo intelligendo suplatiu⁹ tenetur duplr̃. Vno° adiectiue et sic cõuenit cum suo substantiuo in numero gñe ⁊ casu.vt fortissimus hõ.et sic non regit aliquẽ casuz adiectm̃ eiñ non regit substãtiuũ nec ecõuerso vt docetur in dyasinthetica. Scdo tenet suplatiu⁹ suplatiue. et sic h3 duplex regimẽ vnũ ꝓpriũ aliõ accõmodatũ regie accõmodato regit eũdẽ casuz aptepost quẽ regit su⁹ positiu⁹ sic eñ ꝯgrue dicim⁹ diues agri.sic etiam ꝯgrue dicim⁹ ditissim⁹ agri. Regimie aũt ꝓprio regit gtm̃ singularem nois collectiui.gtm̃ pluralẽ nois collectiui vt patabit in cõclusione. Ratio aũt isti⁹ quare compatiuus et suplatiuus regimine accõmodato regunt eundem casuum quẽ positiuus q2 manente eadẽ causa manet idẽ effectus. sed eadem ꝑcatio est in positiuo compatiuo et suplatiuo.licet non eodẽ modo vt dictum est in questiõe p̃cedente et per ꝯñs idẽ regimen tenet ꝯña. q2 significatio ⁊ mod⁹ significandi est causa regimis vñ dixit florista. Quam sibi structurã primus grad⁹ obtinet illam. Supmus medi⁹ semp ꝑuabit eandẽ. Diues agri dicior agri ditissimus agri. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cõclusio ꝓma.tm̃ noia appellatiua si

gnificantia qualitatiem intensibilem vel remissibilem aut quãtitatẽ augmentabilem vel diminuibilem ꝯcretiue et hñtia vocẽ abilem ad companduz compant ꝯpatione noiali. Veritas huius conclusiõis patet ex p̃io notabili. ¶ Dico primo in conclusione tm̃ noia appellatiua ꝓpter nomina propria que non compantur vt dictũ ẽ.et hoc in ꝓpria significatõe sumpta.licet qñ capiunt trãssumptiue tunc pñt compari. ¶ Dico scdo noia significantia qualitatẽ ꝓpter nomina vel dicibilia de p̃dicamento qualitatis.vt albus niger que compantur. ¶ Dico tertio vel quantitatem ꝓpter includere dicibilia et nomina de p̃dicamento quantitatis que compantur vt magnus paruus. ¶ Dico quarto ꝯcretiue propter abstracta que non compantur vt albedo nigredo. Significare concretiue est significare qualitatem aut quantitatẽ cum subiecto.vt albus niger. Sed singnificare abstractiue est ꝑcare qualitatem aut quãtitatem absolute sine subiecto.vt albedo nigredo. ¶ Dico quinto habentia vocem abilem ad compadum. ꝓpter ista nomina.par et niueus. que non compantur.eo q non habent vocem abilem ad compandum. vt declaratum est in notabili p2mo. ¶ Dico vltimo compatione nominali. quia aduerbia etiã compantur. sed non compatione nominali sed ad uerbiali vt postea dicetur.

Cõclusio scda.cõpatiu⁹ cõpatiue ten-

tus virtute ꝓpria regit ablm̃ qñq3 singularis nũeri vt fortior illo.qñq3 vero ablatiuũ pluralis nũeri.vt fortior illis.et hoc sine prepositone. ¶ Dico pmo in cõclusiõe cõpatiuus ꝯpatiue tentus.q2 cõpatiu⁹ adiectiue tent⁹ nullũ casum regit. eo q adiectiuũ non regit substantiũ vt fortior hõ. ¶ Dico silr̃ compatiu⁹ compatiue vel diuisiue tentus regit genitiuũ ex vi ꝑtitiõis vt maior horũ charitas. ¶ Dico scdo virtute propria. q2 regie accõmodato a suo positiuo regit eundez casum quem positiu⁹ vt dictum est in tertio notabili. ¶ Dico tertio sine prepõne q2 cum prepositiõe regit actm̃ vt sortes est fortior inter homines.

Cõclusio tertia. suplatiuus suplatiue

tentus virtute ꝓpria regit gtm̃ ꝑcantem plura. aut gtm̃ singularẽ nois collectiui aut gtm̃ pluralem nois non collectiui.exm̃ primi optimus plebis.exm̃ scdi doctissim⁹ poetarũ fuit virgilius. ¶ Dico pmo in cõclusione. suplatiu⁹ suplatiue tentus q2 suplatiuus adiectiue tent⁹ nulluz casum regit. vt dictum est in quarto notabili. ¶ Dico virtute ꝓpria q2 virtute positiui regit eundem casum quẽ positiu⁹. Rõ aũt huius quare suplatiuus regit gtm̃ ꝑcantem plura q2 regimẽ oritur ex ꝓportiõe et cõuenientia modorum ꝑcandi inter dictõem regentẽ et rectaz sed inter gtm̃ significantẽ plura et suplatiũ est ꝓportio modoruz ꝑcandi g̃ suplatiu⁹ regit gtm̃ ꝑcantem plura. maior est nota mior patet q2 suplatiu⁹ denotat cõpationẽ fieri inter multa.et illã mltitudinem importat gtũs rect⁹ a suplatiuo vt dicendo sortes est fortissimus hoim. Sequit correlarie primo q donat⁹ nõ principali intentiõe determinat de regie compatiui et suplatiui q2 determinatio regis ꝑtinet ad dyasintheticam modo scia donati ꝑtinet ad ethimologiã. Sequit correlarie scdo q non oportuit donatũ deteeminare de regie positiui sicut determinat de regimine compatiui et suplatiui. Rõ q2 regimẽ positiui est plus variũ et diuersificatũ q̃ compatiui et suplatiui qñq3 eiñ positiu⁹ regit gtm̃ vt diues agri qñq3 dtm̃ vt similis illi qñq3 actm̃ vt albus dentem qñq3 abltm̃. vt dign⁹ laude patet igitur correlarium.

Ar Primo non tm̃ noia appellatiua cõpantur igit. ꝓbat añs q2 noia ꝓpria etiã compant vt patet de istis noib⁹ ꝓprius.clemens pius salomõ igitur ꝯclõ non valet. ¶ Dico verum argumentũ concludit q nomina propria ꝯpant nõ vt ꝓpria sũt ꝑ bñ transsumptiue sumpta vt dictũ est in notabili primo.

Ar Scdo. Non tm̃ noia cõpant igit probat añs. q2 inuenit ipe ipisissimus. modo ipe est ꝓnomẽ. ¶ Dico verũ argumẽtũ cõcludit compatione antiqua et greca non aũt latina. vel ipse captum quasi in significatiõe aliena bene compatur vt valet tm̃ sicut similis. sed in ꝓpria significatõe non compat.

Ar Tertio. Verba etiã compant igit non solũ noia. ꝓbat. Illud ꝯpat qõ suscipit magis et minus sed verbuz suscipit magis et min⁹ g̃ maior est nota et est vna cõditio reqsita ad id qõ debet ꝯpari. mior est Gilberti porritani in caplõ de actione. vbi oñdit q actio suscipit magis et min⁹ silr̃ passia. ¶ Dico verũ argñtũ concludit q verba suscipiunt magis et min⁹ sed hoc non sufficit ad compatiõez sed vltra requirit q illud qõ debet compari debet habere vocez abilem ad compandũ.qualiter non est in v̂bis vt dicet in caplõ de verbo.

Ar Quarto noia substãtiua etiã ꝯpant ergo nõ tm̃ adiectia ꝓbat de isto nomie visus qõ ꝯpatur visus visior visissim⁹. silr̃ hoc nomen tygris quod est substãtiũ et ꝯpatur tygris tygrior. ¶ Dico v̂m argñtũ concludit q hoc nomen visus trãssumptiue sumptũ pro crudeli ꝯpatur. sed captũ pro aĩali sic non compat. sic etiã hoc nomen tygris transsumptiue sumptũ ꝓ crudeli sic compat sed captum pro serpente velocis cursus et mot⁹ sic non compatur.

Ar Quinto noia ꝑcantia subam cõpant. g̃ ꝓbat de isto noie rõnalis qõ ꝑcat subam q2 ponit in p̃nto sube et tm̃ ꝯpatur rõnalis rõnalior rõnalissimus ¶ Dico v̂m argñtũ concludit q hoc nomẽ rõnalis inq̃ntũ ꝑcat hoiem vel subam ꝯnotando ipam habere aĩam rõnalẽ sic est in p̃nto sube. ⁊ non ꝯpat ꝑ vt rõnale dt potẽtiã ad rõcinãdũ. vt valz tm̃ sicut potẽs vti ratiõe ⁊ sic bñ ꝯpat

Ar Sexto noia ſcātia quātitatē nō ꝯpant ğ ꝓbatur. Illud qđ ꝯpat ſuſcipit magis et min⁹. noia q̄ntitatē non ſuſcipiūt magis neq₃ min⁹ ğ. Maior ē nota et eſt vna ꝯditō requiſita ad nomē ꝯpabile. Minor q₂ q̄ntitas non ſuſcipit magis et min⁹ vt dicit ariſto. in ꝑntis. ¶ Dico v̄m argn̄tū concludit ꝙ noia ſcātia q̄ntitatē nō ſuſcipiunt magis et min⁹. vt magis et min⁹ dicūt inteſionem ꝛ remiſſionē. ſed bn̄ vt dicūt maiorem vł miorem extenſionem vt dictū eſt

Ar Septimo noia ſcātia reſpectū ꝯpant. igitur ꝓba ¶ in notabili ſecundo tur de iſto noie ſilis. qđ importat reſpectū ꝓbat. q₂ refert ad aliud. đt em̄ ariſto. in ꝑdicamētis ꝙ ſilis eſt relatiuū eq̄pantie et refert ſilis ſili ſilis. ¶ Dico v̄m argn̄tū ꝯcludit ꝙ hoc nomen ſilis non ꝯpat vt importat reſpectu₃ abſolute ſed inq̄ntū ille reſpectus fundat in q̄litate ratiōe cuius ꝯparatur.

Ar Octauo magnū paruū nō ſcant quātitatē. ğ ꝓbat q₂ importāt reſpectū ꝓbat ꝑ ariſto. in ꝑdicamētis qui đt ꝙ magnū ꝑuū ſunt in ꝑnto reſpectionis et importāt reſpectū formaliter. ¶ Dico verū argn̄tū ꝯcludit ꝙ iſta noia magnū paruū important reſpectū ſed rōne iſti⁹ reſpect⁹ non ꝯpant ſed potius rōne fundamenti ſc₃ q̄ntitatis. que eſt fundamētū illius reſpectus.

Ar Nono autor excedit metas. igit ei⁹ ꝓceſſus non valet. ꝓbat q₂ autor determinat de regie. mō determiare de regimie ꝑtinet ad dyaſinthetică. ſcia aūt donati eſt ethimologia. ¶ Dico v̄m argn̄tū ꝯcludit ꝙ autor determinat de regmie nō ꝑncipalr̄ ſed incidētalr̄ tantū vt declaratū eſt in tertio notabi.

Ar Decimo. Compatiu⁹ non regit abltm̄ vtriuſq₃ nūeri. igitur ꝓbat q₂ nullus ablatiu⁹ eſt vtriuſq₃ nūeri. ꝓbatur q₂ null⁹ ablatiu⁹ ſcat ſingl̄ariter et pluraliter ſimul ex quo illa ſunt oppoſita. Illud em̄ qđ ſcat ſingulariter ſcat ꝑ modū vnius ſed id qđ ſcat pluralr̄ ſcat ꝑ modū plurium mō ſcata ꝑ modum vnius et plurium ſunt oppoſita. oppoſia aūt non pn̄t ineſſe vni vt đr in poſtꝑdicamētis. ¶ Dico verū argn̄tū concludit ꝙ vtriuſq₃ in littera non capitur collectiue ſed diuiſiue vt declaratum eſt in tertio notabili.

Ar Vndecio. Compatiu⁹ non regit abltm̄ igit. q₂ regit gtm̄ ꝓbat. in iſta orōne Maior horū charitas. Dico v̄m argn̄tū ꝯcludit ꝙ compatiu⁹ ꝑtitiue tētus regit gtm̄. ſed compatiue tentus regit abltm̄. et hoc vult cōcluſio.

Ar Duodecimo et vltio Suplatiu⁹ non regit gtm̄ pluralē nomis non collectiui ꝓbat quia ſi ſic maxie in iſta orōne leo eſt fortiſſimus lincū. ſed hoc non ꝓbatur vbicunq₃ eſt regimē. ibi eſt cōgruitas. ſed hec non eſt ꝯgrua leo eſt fortiſſimus lincū. igit maior eſt nota q₂ regimen ꝑſupponit ꝯgruitatem vt dicit autor modorum ſcandi. Minor eſt alexandri qui dicit. Cōgrua non eſt hec. leo eſt fortiſſimus lincum. ¶ Dico v̄m argumētum concludit ꝙ hec non eſt ꝯgrua leo eſt fortiſſimus lincū logicaliter. ſed bene eſt ꝯgrua grāmaticaliter. Ratio primi q₂ compatio logicalis requirit ꝙ res ꝯpate ſint eiuſdem ſpēi. vt dicit vij. phiſicoꝝ. modo leo et linx ſunt res diuerſarum ſpecierum. Rō ſcđi q₂ ſuplatiu⁹ regit gtm̄ pluralem nominis non collectiui. et ğ eſt ꝯgrua grāmaticaliter.

¶ Genera nominū quot ſunt? Quatuor. Que. Maſculinum vt hic magiſter. Femininū vt hec muſa. Neutrum vt hoc ſcamnū. Commune vt hic et hec ſacerdos. Eſt preter ea trium generum quod omne dicit. vt hic et hec et hoc felix. Eſt et epichenū id eſt quod promiſcuū genus dicitur. vt hic paſſer. hec aquila. muſtela. miluus.

Vtrū tm̄ quatuor ſint genera noim.

ſc₃ maſculinum. feim. neutrū. et cōe. Pro intellectione queſtiōis mote. ¶ Notādum primo. ꝙ genus nois deſcribitur ſic. Genus nois eſt proprietas diſcretiua ſexus vel tanq̄ diſcretiua ſexus vel mixtim ſe hn̄s vel ꝑncipalium duoꝝ abnegatiua. Pro cuius diōnis intelligētia bn̄da. Sciendu₃ ꝙ triplex eſt genus nois. ſ. reale noiale ꝛ imaginariū. Reale eſt qđ per diſcretiōem ſexus ꝯgnoſcitur. ꝛ ſic dicimus noia ſignificantia res de ſexu maſculino eſſe generis maſculini. noia vero ſignificantia res de ſexu feino eſſe gn̄is feminini. Et hoc genus tangitur in dione cum dicit. genus nois eſt ꝓprietas diſcretiua ſexus. Aliud aūt eſt genus noiale et eſt qđ cognoſcitur ꝑ finales terminatōes. et ſic dicimus ꝙ nomia terminata in us ſunt gn̄is maſculini. in a generis feini in um generis neutri. Tertiū genus eſt imaginariū. et eſt qđ cognoſcitur a ſilitudine alicuius ꝓprietatis generis realis et ſic dicim⁹. hoc nomen lapis eſſe generis maſculini. non ideo q₂ ſignificat rem de ſexu maſculino. eo ꝙ in lapidibus nō eſt ſexus. ſed q₂ ſignificat rem que habet in ſe ꝓprietatem gn̄is maſculini. ſ. ledere pede₃. ledere em̄ eſt agere. agere aūt eſt ꝓprietas de ſexu maſculino. vn̄ dicit lapis quaſi ledens pedē. Similiter hoc nomen petra eſt generis feini. non ideo q₂ ſignificat rē de ſexu feino. ſed ideo q₂ hoc nomen petra ſignificat rem que habet in ſe ꝓprietatem gn̄is feini. et que imitat ꝓprietatem generis feminini. ſ. pati dicit em̄ petra quaſi pedibus trita et hoc genus tangitur cum đr vel tanq̄ diſcretiua ſexus. In ꝑdicta ergo dione tanguntur quatuor genera ꝑncipalia. maſculinū et feim tāguntur cum đr. genus eſt ꝓprietas diſcretiua ſexus vel tanq̄ diſcretiua ſexus. cōmune aūt genus tangitur cu₃ đr. vel mixtim ſe habēs. genus em̄ cōe deſignat q̄nq₃ rem de ſexu maſculino. q̄nq₃ de ſexu feino. vt dicetur inferius. Vltimo vero cum đr. vel ꝑncipalium duorum abnegatiua. tangitur genus neutrū. genus em̄ neutrum abnegat maſculinū et feim genus vt dicetur inferius. ¶ Pro qua dione latius intelligēda optet intelligere q̄d ſit ſexus. vn̄ ſexus cōiter deſcribit ſic. Sexus eſt ꝓprietas rerum aiatarum vim gn̄atiuam habentum ſm̄ q̄ vnum dicit pariens alteru₃ vero generans. Dicit primo ſexus eſt ꝓprietas rerum aiatarum ꝓpter excludere res inaiatas in quibus nō reperitur ſex⁹. vt in lapidibus ſilr̄ per hoc excludit ſol ꝛ corpora celeſtia. que licet faciūt ad gn̄ationem. tn̄ non habēt ſexum. đr em̄. ij. phiſicoꝝ. Homo generat hoiem et ſol. Q₃ aūt ſol et corpa celeſtia non habent ſexum patet. q₂ ſexus ſolum cōuenit rebus aiatis. corpa aūt celeſtia non ſunt aiata ſaltem aia per inheſionē vt declaratur in phica. Dicit vltimo ſm̄ q̄ vnum đr generans aliud vero pariens. ꝓpter plantas. que q̄uis ſint aiate eo ꝙ habēt aiam vegetatiuā non tn̄ hn̄t ſexum. q₂ vna non dicit generās ꝛ alia pariens. Q₃ aūt apud medicos vna herba dicit maſculus aliq̄n et alia feia. hoc eſt im ꝓprie et ſimilitudinarie. vt in abrothono inuenit maſcul⁹ et feia. vt declarat Auicenna in. ij. libro de ſimplicibus medicinis. Cognoſcitur aūt gen⁹ nois duobus modis. Primo a ꝑori. et hoc penes ſignificationē ꝛ ſic dicimus ꝙ noia ſcantia res de ſexu maſculino ſunt generis maſculini vt Iohes. Noia vero ſignificantia res de ſexu feminino ſunt generis feini. Scđo cognoſcitur gen⁹ in noie a poſteriori. et hoc pluribus modis. Primo ꝑ demonſtratione₃. vt iſte hō in qua orōne homo eſt gn̄is maſculini tm̄. et abſolute poſitū eſt generis cōmunis. Scđo cognoſcit per relationem. vt homo currit qui mouet in qua orōne hō eſt generis maſculini tantū Tertio cognoſcitur ꝑ additiōem adiectiui ad ſubſtantiuū. vt albus hō. Quarto per additiōem econuerſo ſubſtantiui ad adiectiuū. vt felix vir. Quinto ꝑ terminationē vt dictū eſt. Sexto per prepoſitionem articuli. Illis em̄ nominib⁹ quibus preponitur ille articulus hic. ſunt generis maſculini. quibus hec ſunt gn̄is feminini quibus hoc ſunt generis neutrius.

Notandū scđo. ꝙ gen⁹ nomis cōiter

describitur sic. Genus nōis est ꝓprietas nomis attributa noī aut ratōe significatiōis vel ex vsu grāmaticorum vt sibi ꝯgrue est preponibile vnū ꝓnomen articulare vel plura. In qua diffinitōe datur p̄mo intelligi ꝙ gtūs noim aliqū cognoscitur ex ſcatione vt dictum est supius. qñqꝫ vero ꝯgnoscit̄ ex vsu grāmaticorum. non enī semꝑ potest ostendi ꝓprietas actiua vel passiua in noībus. sed sufficit ꝙ genus eorū est ex vsu grāmaticorū qui ꝓferebant noīa talia sub tali vel tali genere vt patebit inferius. In qua dione scđo tangunt̄ gnā noim. cum enī dicitur articulare vnū. tangitur masculinū feīm neutrum et epichenū. noībus enī illorū generum p̄ponitur vnū articulare tm̄. Cū vero dr̄ plura. tangit̄ genus cōe oīe et dubiū. noībus enī illorum generū p̄ponunt̄ plura articularia. vt patebit ex dionibus sequētibus. ¶ Gen⁹ masculinū est ꝓprietas nois qua ſcat ſcatum suū sub ꝓprietate actiua. ſm quā ſcationē vel vsum grāmaticorū ei est p̄ponibile vnū articulare ꝓnomē. s. hic. sub quo non est vtriusqꝫ sexus ſcatiuū. Et sic per illā ꝑticulam excluditur gen⁹ epichenū. licet enī noī epicheni generis p̄ponitur tm̄ vnū articulare. s. hic vt h passer. tm̄ hoc nomen nō est gnīs masculini. qꝛ sub illo articulo h. hoc nomē passer ſcat vtrūqꝫ sexum. s. masculinū et feīm. Cōiter autem describitur genus masculinū. Genus masculinū est nomē cuius ſcatum capitur a ꝓprietate actiua ꝓprie vel silitudinarie. Vel qđ habet termiatiōem masculino generi ꝯueniente. Vel qꝛ in eius declinatiōe preponitur ei vnū articulare ꝓnomē. s. hic. vt hic magister. ¶ Genus feīm est ꝓprietas nois attributa noī qua ſcat suum ſcatū sub ꝓprietate passiua. ſm quā ſcationē vel vsum grāmaticorū ꝯgrue sibi est p̄ponibile vnum articulare ꝓnomē scꝫ hec. sub quo non est vtriusqꝫ sexus ſcatiuū. Et hec vltima ꝑticula similiter additur ꝓpter nomia epicheni generis quib⁹ licet aliquādo p̄ponit̄ hoc articulare hec. vt hec acquila. tm̄ nō sunt generis feīni. qꝛ sub illo articulo. s. hec ſcāt vtrūqꝫ sexum. s. masculinū et femininum. Cōiter aūt diffinitur sic. Genus feīm est nomen cui⁹ ſcatum capitur a ꝓprietate passiua ꝓprie vel silitudinarie. vel qꝛ habet termiatiōem feminino generi cōuenientē. vel qꝛ in eius declinatiōe p̄ponitur vnum articulare ꝓnomen qđ est hec. vt hec musa. ¶ Gnīs neutrū est ꝓprietas nois attributa nomini ea rōne qua significat ſcatum suū indifferenter se habente ad ꝓprietatē actiuam vel passiuaꝫ indeterminate vt animal. vel abnegante tam genus masculinū quā feīm tam terminate ꝙ indeterminate vt lignuꝫ. Pro qua dione intelligenda nomen dicitur neutrius gnīs dupliciter vel drn̄ter. Aliqua enī noīa dicunt̄ neutrius generis. qꝛ abnegant vtrumqꝫ sexum tam determinate ꝙ indetermiate sit. et talia abnegant vtrumqꝫ sexū simul. et ponunt ꝓprietatē nō sexatam. vt lignū. Scđo noīa dicunt̄ neutrius generis qꝛ abnegant vtrūqꝫ sexum solum determiate. licet nō indeterminate et gnāliter. sed vt indifferenter se habent ad vtrūqꝫ. vt aīal. Sequit̄ correlarie p̄mo ꝙ noīa dicuntur neutri⁹ gnīs drn̄ter. vt patet ex declaratōe notabilis. Sequit̄ correlarie scđo. ꝙ neutrum in ꝓposito non tenetur pure negatiue patet. qꝛ neutrum pure negatiue tentū valet tm̄ sicut nullus. et sic dicere aliqđ esse neutrum genus. eēt dicere nullū gen⁹. sed neutrum capit̄ hic positiue aliqualiter p̄uat enī masculinū et femininum genus et ꝓprietates sexus. tm̄ reliquit proprietatem aliquā in re que non est sexata. Et dicut grāmatici ꝙ genus neutrum p̄uat masculinū et femininū. et ponit quādam dispositōeꝫ rei carentis sexu vt patꝫ in isto nomie scamnū. Vel genus neutrū cōiter describitur sic. Genus neutrum est cuius ſcatū nec capit̄ a ꝓprietate actiua nec passiua. sed abnegat vtramqꝫ proprietatē. vel quia habet termiatōem neutro gnī cōuenientē. Vel quia in eius declinatōe p̄ponitur vnū articulare. s. hoc. vt hoc scamnū. ¶ Pro diffinitiōe gnīs cōis. ¶ Notandum ꝙ genus cōe capit̄ dupl̄r. Vno modo ꝓprie et sic distinguit̄ cōtra gnīs oīe. et epichenū. et isto modo nō capitur hic. Ratio qꝛ genus omne et epichenum vt patet ex textu compꝛhenduntur sub gnīe cōmuni vt dr̄ in notabili tertio. Scđo capitur genus cōe cōiter. vt sub se comprehendit genus oīe et epichenum et sic genus cōe cōmuniter captū est duplex. Quoddā est genus cōe vnius articularis tm̄ qđ scꝫ sub vno articulo compꝛhendit vtrumqꝫ sexū. vt genus epichenū hoc enī nomē passer sub isto articulo hic. ſcat masculum et etiā femellam. Aliud autem est genus cōe pluriū articularium. et hoc est duplex. Quoddam duorū tm̄. et hoc est duplex. Quoddā enī habet duo articularia copulatim ꝛ hoc vocatur gen⁹ cōe ꝓprie sumptū. vt hic et hec sacerdos. Quoddā aūt habet duo articularia disiunctim et hoc vocat̄ dubiū. vt hic aut hec dies. vt dicet̄ inferius. Quoddā aūt est genus cōmune plurium articulariū quam duorum. vt triū. et hoc vocatur oīe. vt hic et hec et hoc felix. Cōe genus ꝓprie sumptum describitur sic. Est ꝓprietas nois qua ſcat significatum suum sub ꝓprietate actiua et passiua simul ſm quā significationē vel vsum grāmaticorū ꝯgrue ei p̄ponunt̄ duo articularia cōiunctim. vt hic et hec sacerdos. Et non dr̄ genus cōe a cōitate essendi. qꝛ nulla res cōis est que esset mascul⁹ et femella simul. sed dicit̄ gen⁹ cōmune a cōitate significandi. qꝛ nomen cōis generis quādoqꝫ significat rem de sexu masculīo. qñqꝫ rem de sexu feīno. vt hoc nomē sacerdos qñqꝫ significat masculinum. qñqꝫ femininū. iuxta enī ritum gentiliū virgines et puelle fuerāt sacerdotes. vt in templo veste dee puelle ministrabāt et sacerdotes erant. Non est ergo hoc nomē sacerdos impositū in ordie religionis xp̄iane. qꝛ mulieres in ecclia non sunt sacerdotes. sed est impositū ſm ritum et modū gentiliū. ¶ Cōiter aūt describitur sic. genus cōe est genus. cui⁹ ſcatum accipit tam a ꝓprietate actiua vel passiua sine abnegatione vtriusqꝫ ꝓprietatis. Vel quia habet terminationem noī cōis generis cōuenientē. Vel qꝛ in eius declinatōe p̄ponuntur duo articularia ꝓnomina copulatim. vt hic et hec sacerdos.

Notandū tertio ꝙ donatus in textu

volens ostendere genus oīe et epichenum dicit. Est preterea trium generū qđ omne dicitur. vt hic et hec et hoc felix. Est et epichenum id est qđ promiscuū dicitur. vt hic passer hec aquila mustela miluus. In qua littera p̄terea est vna dictio et est coniūctio conditionalis importans subdiuisiōꝫ generis cōmunis. vt littera valeat tantū. preterea vel insuper. Sciendum ꝙ genus cōmune est duplex. quoddam enī est cōmune qđ habet tria articularia et hoc vocatur oīe. et quoddam est genus cōmune vnius articularis tantū. qđ vocatur epichenum vel promiscuū genus. Si enim preterea in textu essent due dictiones donatus contradiceret sibiipsi. eo ꝙ ꝙ prius dixisset ꝙ genera nominū essent tantum quatuor. et hic subiungeret adhuc duo scilicet oīe et epichenum. ¶ Genus omne est proprietas nomis qua significat significatū suū sub proprietate tam actiua quā passiua vel abnegante vtramqꝫ. ſm quām significationē vel vsum grāmaticorū ei preponunt̄ tria artitularia ꝓnomina cōiunctim. vt hic et hec et hoc felix. Et dicitur omne genus quia includit omnia genera principalia scꝫ masculinum femininum et neutrum. Vel genus oīe est cuius significatum capit̄ tam a proprietate actiua ꝙ passiua cum abnegatōe vtriusqꝫ ꝓprietatis. Vel quia habet terminationē oīni generi cōuenientem. Vel quia in eius declinatione preponunt̄ tria articularia. vt hic et hec et hoc. Rō huius aūt quare ex masculino et feminino fit gen⁹ cōe. qꝛ ex actiuo et passiuo fit vnū. quēadmodū ex materia et forma fit vnū masculinū aūt est actiuū et feīm passiuū. Sꝫ ex masculino et neutro non fit vnuꝫ neqꝫ ex feīo et neutro fit vnū. Rō qꝛ ex p̄uatōe et habitu non fit vnū mō neutrū hꝫ se vt p̄uatio. masculinū vō ꝛ feīm vt hītus. Sequit̄ correlarie ꝙ hic oīe cū dr̄ hoc nomē est oīs gnīs oīs nō capit̄ distributiue pꝫ. qꝛ si aliqđ nomē eēt oīs gnīs

caplendo oīs distributiue tunc etiā essent gnīs epicheni vel dubij. sed capit oīe
ꝓ illo cui preponūtur tria articularia scʒ hic ⁊ hec ⁊ hoc. ¶ Genus epichenū est
ꝓprietas noīs que ꝑcat significatuʒ suū. hoc est sexum vtrūqʒ sub vno articulo
ratiōe cuiꝰ ꝑcationis vel vsu grāmaticoꝝ ꝯgrue tali noī ꝑponūtur vnum arti-
culare. et dr̄ epichenum ab epi qđ est sup̄ et cenon cōe quasi sup̄ cōe. Illud enī qđ
nomen cōis gnīs significat sub duobꝰ articulis scʒ hic et hec. hoc nomē epiche
ni generis ꝑcat sub vno scʒ hic vel hec. Quis aūt articulus sit ꝑponendꝰ noī epi
cheni gnīs vt grāmatici dicunt hoc attendit ex pte vocis. Si enī noia epicheni
generis hn̄t terminatōem noīm masculini generis. vt us. vel er. tūc eis ꝑponit
hic vt h passer hic milꝰ. Noīa aūt epicheni generis que habent termiatōeʒ no
minū feīni gnīs illis ꝑponitur hec. vt hec aquila. hec mustela. Scđo genꝰ epiche
num dr̄ genꝰ ꝯmiscuū qꝛ scʒ ꝯmiscet et comphendit vtrūqʒ sexū sub vno articu-
lo. Cōmuniter aūt describitur sic. Genꝰ epichenum est nomē qđ sub vno articu
lo vtrūqʒ sexum scʒ feīn et mascullnum ꝑcat. ¶ Sequit correlarie pmo ꝙ ge-
nus epichenū ꝯprehendit sub genere cōi quo adsignificatiōem sed quo ad vocē
sub gn̄e masculino et feminino. ptʒ correlariū ex dictis. ¶ Sequitur correlarie se
cūdo ꝙ hoc nomē corpus vel substātia non est epicheni generis. Rō qꝛ nomē epi
cheni gnīs debet significare tm̄ res sexatas. modo corpus et substātia significāt
res non sexatas. suba enī significat lapidem. lapis aūt non habet sexum. Etiā nō
men epicheni generis debet significare rem vtriusqʒ sexꝰ adequate. modo substā
tia corpus non significant res sexatas adequate. sicut dictum est. ¶ Sequitur
correlarie tertio ꝙ noia cōis generis non sunt epichena. licet ꝑcent reʒ vtriusqʒ
sexus ptʒ. qꝛ nomē epicheni generis ꝑcat sub vno articulo. cōis vero generis nō.
¶ Sequitur correlarie quarto ꝙ hoc nomen luceus non est gnīs epicheni ptʒ. qꝛ
non significat rem sexatam. in piscibus enī ꝓprie non est sexꝰ. in piscibus enī ꝓprie
non est generatō ꝑ mixtōem seminis. sed potius ꝑ cōfricatiōeʒ. ¶ Sequitur cor
relarie quīto ꝙ hoc nomen aial nō est epicheni generis. licet significet masculum
et femellam sub vno articulo patet correlariū. qꝛ nomē epicheni generis dʒ ꝑca-
re rem vtriusqʒ sexū ʒ determiate et positiue. modo aial ꝑcat indeteriate et abne
gatiue. ex quo est gnīs neutriꝰ vt dictū est ante. ¶ Sequit correlarie sexto ꝙ do
natꝰ dicēs in textu. est preterea ⁊c̄. nō ꝯtradicit sibi ip̄i. qꝛ nō vult innuere ꝙ ꝑter
quatuor gn̄a ꝑdicta essent adhuc plura genera. sed vult dicere ꝙ subdiuidēdo ge
nus cōe adhuc erunt duo genera cōtenta sub cōi. scʒ oīe et epichenū queadmo-
dum dictū est supius. ¶ Sciendū vlterius ꝙ dubiū genꝰ et etroclitū nō sunt ge
nera spēalia ab illis distincta. Pro quo notandū nomen dicit dubij generis non
qꝛ dubiū esset de eius gn̄e. sed qꝛ antiqui grāmatici nulla rōne cogente talia noia
sub diuersis generibꝰ ꝓferebāt. qn̄qʒ sub masculino qn̄qʒ aūt sub feminino. poste
riores vero grāmatici nolentes ꝯdicere prioribꝰ: qꝛ vt dr̄. j. celi. oportet patribꝰ
credere. talia noia sub illis silr̄ generibꝰ posuerunt et dicebāt ea esse dubij ge-
neris. vt hoc nomē dies in singulari est gnīs dubij. vn̄ et rōne illius ei in declinā
do ꝑponunt duo articularia disiunctim. vt hic aut hec dies. Dicunt tn̄ grāmati-
ci ꝙ dies sub masculino ꝑcat certum tempꝰ. sub feminino incertum. vn̄ dicūt. Di
cimus iste dies ostenso tp̄e certo. Incertum tempꝰ denotat illa dies. Talia autē
vt cōiter grāmatici dicunt sunt decem. vsus. Margo dies cortex silex pantheraqʒ
bāma. Finis cum clunis adeps forceps hec dubia sunt. ¶ Nomen aūt dr̄ etro-
cliti generis non ideo. qꝛ genꝰ etroclitū esset spēale genus a gn̄ibus dictis distin
ctum. sed dicit ideo etrocliti generis. qꝛ regitur ⁊ habet diuersitatem in genere.
sic ꝙ in nūero singulari regitur in neutro genere. ⁊ in plurali sub genere masculi
no. vt patet in hoc noīe celum qđ in singulari est generis neutrius. et in plurali
gnīs masculini. Vn̄ et dicunt etroclita quasi diuersiclinea. dicit enī etroclituʒ ab
etheron grece qđ est varium latine et clisis declinatio quasi nomē habēs varieta

cem in declinatione vel gn̄e vel alijs accidentibus. Fit aūt etroclisis plus ꝓprie
quinqʒ modis tm̄. vsus. Clerice quinqʒ modis etroclita nōia ponis. Celuʒ vas
epulum locus et iupiter quoqʒ iouis. Tn̄ cōiter grāmatici ponunt octo modos
¶ Primus modꝰ est genere. tm̄. vt celum qđ in singulari est gnīs neutrius et in
plurali generis masculini. ¶ Scđo declinatōe tm̄. vt hoc nomē vas qđ in singu
lari est declinatōis tertie et in pl̄i scđe. ¶ Tertio genere et declinatōe. vt epulum
qđ in singulari est declinatōis scđe. in plurali pme. silr̄ hoc nomē epulū in singula-
ri est generis neutrius et in plurali generis feīni. ¶ Quarto fit etroclisis ꝑcati
one tm̄. vt caro qđ in singulari nūero ꝑcat carnē hūanā. sed in pl̄i ꝑcat carnes cō
mestibiles. vt carnes aialium. ¶ Quinto fit etroclisis formatōe casus tm̄. vt iu
piter iouis. ¶ Sexto ꝑ defectum in casibꝰ vt vis. hoc enī nomē vis in singula-
ri non habet oēs casus. licet hēat in plurali. Vn̄ dixit alexander. Vis vim qʒ da
bit totum ple tenebit. ¶ Septimo fit etroclisis gn̄e et significatōe. vt locꝰ. hoc
enī nomē in singulari nūero est generis masculini. in pl̄i gnīs neutriꝰ. silr̄ hoc no
men locus in plurali. ꝑcat aliud ꝙ in singulari. in pl̄i enī locus ꝑcat climata vel
habitatōes hoīm. sed in singulari ꝑcat fundamētū argn̄ti et sedem qn̄o capit lo-
cus. ij. topicorū cum dicimꝰ. locus iste tenet a ꝯcreto ad abstractum. Octauo fit
etroclisis gn̄e ꝑcatione et declinatōe simul. vt ficus. ficus enī qn̄qʒ est scđe decli-
natōis. qn̄qʒ quarte. qn̄qʒ generis masculini. qn̄qʒ feīni. silr̄ diuersa et plura ꝑcat
vsus. Est ficus morbus est ficus fructus et arbor. Dicit hic ficus ꝓ morbo pro
reliquis hec. Noīa aūt que sunt etroclita in declinatione patent in his metris.
Noīa bis quinqʒ dic quarte siue scđe. Laurus cum quercus pinus cornus quo
qʒ domꝰ. Et colꝰ ⁊ ficꝰ cātus vl̄ cetꝰ ⁊ ortꝰ. Nunꝙ pma suū ꝑ mutāt vltia sēsum.

Notanduʒ q̄rto et vltio ꝙ qꝛ vt dictū

est ante oīe modꝰ ꝑcandi ptis debet capi a mō essendi in re. optet ḡ cōdere vn̄ ca
piat genꝰ in noīe. vn̄ Notandū ꝑm autorē modoꝝ ꝑcandi ꝙ in rebꝰ viuentibus
et sexatis repiunt due ꝓprietates ꝑcipue gn̄ales. scʒ ꝓprietas agētis et ꝓprietas
patiētis. et licet in oībus rebus ex materia et forma ꝯpositis inueniant he ꝓprie
tates due. qꝛ forme ꝓpriū est agere. materie vero pati. vt dr̄. ij. de gn̄atōe. magis
tn̄ distincte et ꝑfecte ꝓprietas agentis et ꝓprietas patientis vident esse in rebus
aiatis et sexatis. rōne cuiꝰ vnū dr̄ gn̄ans vt masculꝰ. reliquū vero vt feīa patiēs
vn̄ et ꝓpter hoc antiqui genꝰ diffiniūt dicētes. Genus est discretio sexꝰ. i. genus
est modus ꝑcandi nomis sumptꝰ a ꝓprietate actiua vel passiua. Que ꝓprietates
due in rebus sexatis magis distincte et ꝑfecte repiunt. vn̄ sequit ꝙ ab his ꝓprie
tatibus duabꝰ sumit genus in noīe. hec ille. ¶ Vn̄ genus in cōi describit sic ꝑm
autorē modorū ꝑcandi. Genus est modus ꝑcandi nois attributus noī mediāte
quo sub ꝓprietate actiua vl̄ passiua ꝯsignificat. ¶ Genꝰ masculinū est modꝰ ꝑcan
di nois attributꝰ nomi mediāte quo sub ꝓprietate actiua cōsignificat. vt vir la
pis. ¶ Genꝰ feīni est modꝰ ꝑcandi nois attributꝰ noī mediante q̄ sub ꝓprietate
passiua ꝯsignificat vt mr̄ petra. ¶ Genꝰ cōe est modꝰ ꝑcandi nois attributꝰ noī
mediāte quo sub ꝓprietate vtraqʒ determiate ꝑcat vt hō virgo. ¶ Genus neu-
trū est modꝰ ꝑcandi nois attributꝰ noī mediāte quo sub ꝓprietate vtraqʒ inde-
termiate siue sub indn̄a ad vtrūqʒ ꝑcat. vt aial lignū. Vn̄ subiūgit ꝙ aliqđ nomē
dr̄ oīs gnīs. hoc cōpetit adiectiuis que genꝰ non hn̄t ex ꝓprietate rei. sed habent
ip̄m ex ꝓprietate rei substātie. vn̄ et adiectiuū dr̄ oīs gnīs. qꝛ ei pōt adiūgi substan
tiuum cuiuslibet generis vt felix. De genere epicheno et dubio sufficienter dictuʒ
est superius. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio rn̄salis Tm̄ q̄tuor sunt gn̄a

dr enĩ pticipiũ q̃si ptẽ capiẽs. ¶ Dico vm̃ argñ ꝯcludit ꝙ nulla dio q̃dditatia ⁊
eẽnalis dꝫ esse interꝑtatio. sed dio descriptia et accñtalis pt esse interꝑtatio q̃lis

Ar Septimo. pticipiũ non capit ptem nois et verbi (est ista dio pticipij.
ꝓbatur. qꝛ sequeret ꝙ armiger dapifer essent pticipia. ꝓbatur. qꝛ capiũt
ptem nois et verbi. armiger enĩ componit a noie arma armorũ et gero.
¶ Dico verũ argñ ꝯcludit ꝙ armiger et dapifer capiũt ptem nois et verbi ma
terialẽ. mõ ista dio intelligit de pte formali et accñcali vt dcm̃ est in notabili scdo

Ar Vltimo. pticipiũ nõ ꝑcat ꝑ modũ indistãtis a sũba. ꝓbat sic. pticipium
ꝑcat ꝑ modũ distantis a sũba ergo. ꝓbatur. oĩe accñs et actus distat ab
alio cuiꝰ est accñs. sed pticipiũ ꝑcat actũ et accñs. igit pticipiũ ꝑcat per
modũ distantis a sũba. Maior est est nota. qꝛ accñs ⁊ sũba dñt ꝑdicamẽtalr. mõ
ꝑdicamẽta sunt nature et q̃dditates distantes et diuerse. Dicitur enĩ. j. posterioꝝ.
Essentie ꝑdicamentorum sunt inpmixte. Minor est nota et patuit ex his que di
cta sunt. ¶ Dico verũ argñ ꝯcludit ꝙ accñs et actus distat ab eo cuius est acci
dens ꝑm essentiã et naturam. tñ non ꝑm esse. modo hic fit mentio ꝙ pticipium
ꝑcat actũ qui ꝑm esse non est distans a substãtia. sed ei ꝯiunctus.

Participio quot accidũt. sex. que. gñs casus tpus signifi-
catio nũerus et figura. Gña pticipiorũ quot sunt. q̃tuor.
que. masculinũ vt hic lectus. femininũ vt hec lecta. neutrũ
vt hoc lectũ. omne vt hic et hec et hoc legens. Casus par-
ticipiorum quot sunt. sex. qui. Ntũs vt hic et hec et hoc le-
gens. Gtũs. vt huiꝰ legentis. Dtũs vt huic legẽti. Actũs
vt hunc et hanc legentẽ ⁊ hoc legẽs. Vtũs vt o legẽs. Ab
ltũs vt ab hoc et ab hac et ab hoc legente vl' legenti. Tpa
pticipiorũ quot sunt. tria. que. presens vt legẽs. ꝑteritũ vt
lectus. futurum vt lecturus vel legendus.

Vtrũ littera donati de genere casu et

tpe pticipij sit sufficienter assignata. Pro intellectõe q̃stionis mote. Notãdum
est primo ꝙ donatus postq̃ determinauit de dione pticipij eius dionem oñdens
iam ꝯsiter de eius accñtibus determinat vt eo melius pticipij natura posset in-
telligi. Dicitur enĩ. j. de aĩa. ꝙ accñs magnam ptem conferũt ad cognoscendum
ꝙ quid est. Et dt ꝙ accñs pticipij sunt sex scꝫ gñs casus tps ꝑcatio numerus et
figura. qd intelligendũ est ad seinuicem irreducibilia. qꝛ plura sunt accñs pticipij
ꝙ̃ ista sex. sed reducunt ad ista. motio enĩ etiã est accñs pticipij. qꝛ pticipia mo-
uent. tñ motio reducit ad gñs. ꝑsona etiã accidit pticipio sed reducit ad nũerũ
qꝛ nũerus et ꝑsona sunt accñs ꝯiugata et silr ligata vt est supius tactũ. declinatõ
etiam est accñs pticipij sed reducit ad casum. silr forma casualis. spẽs aũt redu-
citur ad figuraꝫ. oĩa enĩ pticipia sunt deriuatiue spẽi. qꝛ deriuant et descendunt
a verbis vt postea dicet. Rõ aũt huiꝰ quare donatus nõ posuit ꝑsonã ⁊ spẽm ex-
presse. qꝛ donatꝰ posuit illa accñs que couenĩũt pticipio ꝑm omnẽ eius dñam et
spẽm. sic aũt non est de ꝑsona et spetie. nullũ enĩ est pticipiũ pme ꝑsone. nec aliqd
est pticipiũ primitiue spẽi. ex quo oĩa deriuant et descendunt a verbo Sequitur
correlie ꝙ compatio nõ pot esse accñs pticipij ptꝫ. qꝛ pticipiũ ꝑcat ꝑ modũ fluxꝰ
et fieri ⁊ successiõis. successioni aũt nõ conuenit intensio nec remissio. successio enĩ
est de gñe q̃titatis. q̃titas aũt non suscipit magis ⁊ minus. Etiam alia rõ. quia
compatiuus debet regere ablrm̃ vt dcm̃ est in caplo de noie. mõ pticipiũ debꝫ re-
gere illũ casum quem regit suũ verbũ. cõstat aũt ꝙ nõ oĩa verba regunt ablati
uũ. Sequitur correlie scdo ꝙ qñ vox pticipialis compatur vt amans amantior
amantissimꝰ. non est pticipiũ sed transit in vim nois. veritas huiꝰ correlarij pa
tebit in sequentibꝰ latiꝰ cũ dicet ꝙ pticipiũ trãsit quatuor modis in vim nois.

Notandũ scdo ꝙ gñs pticipij diffinit

sic. Est ꝓprietas pticipij attributa pticipio ea rõne qua sibi ex ꝓprietate sue sig-
nificatõis vel ex vsu grãmaticorũ ꝯgrue est ꝑponibile vnũ articulare ꝓnomẽ vl
plura. vnũ vt hic lectus. plura vt hic et hec et hoc legens. Notandũ est etiã ꝑm
Priscianũ. xi. maioris. ꝙ oĩe pticipiũ est gñis oĩs sub vna termiatõe aut sub
pluribꝰ. sub vna vt amans legens. sub pluribꝰ vt lectus lecta lectũ. Cuius rõ ẽ
ista. qꝛ verba a quibꝰ pticipia nascunt et deriuant omni generi associantur. con-
grue enĩ dicimꝰ. vir legit. mulier legit. mancipiũ legit. et per ꝯñs etiã pticipia a
talibꝰ verbis deriuata oĩs gñis dicunt. Sequit correlie pmo ꝙ grãmatici di
cẽtes ꝙ futuens gñans sunt gñis masculini tñ. silr pregnans pariẽs sunt gñis

feminini tm̃. loquunt̃ valde ꝓprie de gñe ꝑticipiorũ. attẽdendo stricte ſ̄catõem ꝑticiploꝝ. generans eñ ꝓprie ꝯuenit masculis tm̃. vñ et dr̃. ij. phicorũ. Hõ gñat hoiem et sol. vbi ꝑ hoiem intelligit̃ pater generans. Silr̃ pregnans ꝓprie ꝯuenit femellis et pariens. Improprie tñ et false pñt talia ꝑticipia attribui cuilibet generi. et per ꝯñs gñis oĩs dicunt̃. possum eñ ꝯgrue loqui. iohes est pregnans. iohes est pariens. ptz q2 he orões et ꝓpões sunt false. ergo ꝯgrue. tz ꝯña. q2 verũ et ſalũ p̃supponũt ꝯgruũ. i. ꝑiermeniarũ. Grãmatici aũt dicentes talia ꝑticipia esse vnius certi gñis loquunt̃ ex vsu et non arte. arti eñ non repugnat talia ꝑticipia construi sub gñe omni. ¶ Postea donatus determiat de casu ꝑticipiorũ dicẽs ꝙ casus ꝑticipiorũ sunt sex sicut et noim. vñ et casus in ꝑticipio eodẽ mõ diffiniri poterit sicut et in noie. vt sic. Casus est ꝓprietas ꝑticipij attributa ꝑticipio ea rõne qua ſ̄cat ſ̄catũ suũ recte vel oblique. Sequit̃ correl̃ie ꝙ ꝓpriũ est ꝑticipiorũ (vt dt̃ iohes ianuens̃) non deficere in casib⁹. patz q2 ꝑticipia sunt adiectiua modo adiectiua nõ dñt deficere in casu. pz q2 adiectiũ debet determinare substantiuũ in quolibet casu. et ꝑ ꝯñs adiectiua nõ debent deficere in aliquo casu.

Notandũ tertio ꝙ. Tempus ꝑticipij

diffinit̃ sic. Est ꝓprietas ꝑticipij attributa ei ea rõne qua ſ̄cat ſ̄catũ suũ sub aliqua dr̃ña tp̃is. Que dr̃ñe tp̃m sunt tres. scz pñs vt legens. ptiũ vt lectũ. futurum vt legendus. Sequit̃ correl̃ie primo ꝙ ꝑticipiũ cũ ꝑdit tp̃s ampli⁹ non est ꝑticipiũ sed trãsit in vim nois vt hic. natus me⁹ pulcher est. in qua orõe natus nõ ſ̄cat cũ tp̃e sed est nomen. Sed cũ dico. xp̃s natus est in bethleem iude. hic natus est ꝑticipiũ et ſ̄cat cũ tp̃e ptõ. Sequit̃ correl̃ie scdo ꝙ tp̃s in ꝑticipio cognoscit̃ dupl̃r. Vno mõ a priori. et hoc est ex ſ̄catõne. et sic illud ꝑticipiũ qd̃ fit sub dr̃ña pñtis tp̃is. est pñtis tp̃is vt legens. et illud ꝑticipiũ qd̃ fit sub dr̃ña pti tp̃is est p̃teriti tp̃is vt lect⁹: illud vero qd̃ ſ̄cat sub dr̃ña futuri tp̃is est futuri tp̃is vt legendus. Sequit̃ correl̃ie tertio ꝙ tp̃s recte et ꝯgrue dr̃ accidere ꝑticipio. Rõ q2 ꝑticipiũ ſ̄cat actum. mõ oĩs actus et actio mensurant̃ tp̃e vt dr̃. iiij. phicorũ. Scdo tp̃s cognoscit̃ in ꝑticipio a posteriori. hoc est ex terminatiõe. et sic illa que terminant̃ in ans vel in ens sunt pñtis tp̃is vt amans legens. Illa que terminant̃ in tus. sus. vel xus. sunt p̃teriti tp̃is. Sed illa que terminant̃ in dus sunt futuri tẽporis. ¶ Sunt tria tp̃a ꝑticipij ad se inuicẽ irreducibilia. q2 ptiũ põt subdiuidi in ꝑticipio sicut in verbo. in ptiũ ꝑfectũ cõplete. in ptiũ imꝑfectũ et ptiũ plusq̃ꝑfectũ. sed hoc nõ est cõiter vsitatũ. Sufficientia aũt istorum triũ tp̃m capitur sic. Omne tp̃s aut est pñs. aut distans a pñti. Si est pñs tũc est primũ membrum Si aũt distat a pñti hoc est dupl̃r. Aut distat a p̄senti per prius sic est preteritum. Aut per posterius sic est futurum.

Notãdũ q̃rto et vltimo ꝙ licet verbũ

etiã ſ̄cat cũ tp̃e et etiã ꝑticipiũ. non tñ eodem mõ. q2 verbũ ſ̄cat cũ tp̃e illimitabiliter. sed ꝑticipiũ ſ̄cat cum tp̃e limitabil̃r. vñ Significare cũ tp̃e limitabil̃r. est ſ̄care cum certa vel certis dr̃ñijs tp̃m. ita ꝙ ꝑ dictõem importantẽ tp̃s põt trahi ad aliã dr̃ñam tp̃is accñtaliter vt hõ fuit legens. in qua hoc ꝑticipiũ legens est pñtis tp̃is essential̃r. trahit̃ tñ ad ptiũ tp̃s rõne hui⁹ verbi fuit accñtal̃r. Vñ Notandum ꝑticipiũ limitari a tp̃e intelligit̃ dupl̃r. Vno mõ simpl̃r et absolute. sic ꝙ ꝑticipium pñtis tp̃is fieret p̃teriti aut futuri tp̃is. et hoc non est possibile. Rõ prima. q2 sicut est in natura sic ꝯformiter est in arte. Dicitur eñ. ij. phicoꝝ Ars imitat̃ naturã. Sed in natura pñs vt sic nõ est ptiũ nec futurũ. q2 sunt partes tp̃is realiter distincte. Sic etiã in arte verbũ pñtis tp̃is non põt fieri p̃teriti vel futuri tp̃is. Scda rõ q2 sic periret sciã ampliationum. qua destructa multarum ꝓpõnũ cõiter cõcessarũ periret scia ⁊ veritas. Sed ꝙ sequeret̃ hoc scz ꝙ cõcesso isto ꝙ ꝑticipiũ limitaret̃ simpl̃r a tp̃e ꝙ scia ampliationũ periret. q2 sequeret̃ ꝙ verba p̃teriti vel futuri tp̃is vel eorũ ꝑticipia posita a ꝑte p̄dicati non haberẽt ampliare subiectũ. vt in ista. hõ est mortuus. vel hõ est gñandus. Illud eñ qd̃ debet ampliare debet includere diuersas dr̃ñas tp̃m. si ergo in p̄dictis orationib⁹ ꝑticipia limitarent̃ a ptõ ad pñs. vel a futuro ad pñs. nulla esset ampliatio. q2 ꝑticipia pñtis tp̃is non hñt ampliare. ex quo non includũt diuersa tp̃a vel diuersas dr̃ñas tp̃m. Non est ergo simpl̃r verũ et absolute intelligendũ ꝙ ꝑticipiũ posset limitari a tp̃e. Scdo ergo intelligit̃ ꝙ ꝑticipiũ limitat̃ a tp̃e ad bonuz intellectũ vt sic. Participiũ vel vox ꝑticipialis ꝑ dictõem importantẽ tp̃s trahit̃ur accñtaliter ad aliud tp̃s et ad supponendũ ad aliud tp̃s qd̃ aliqñ fuit p̄sens vt hic. adam fuit legens. hoc ꝑticipiũ legens limitat̃ et trahit̃ accñtaliter ꝑ hoc verbũ fuit p̃teriti tp̃is ad tp̃s ptiũ. non sic ꝙ hoc ꝑticipiũ legens in dicta orõne esset p̃teriti tp̃is. sed sic ꝙ designat ꝙ actus legẽdi fuit pñs ade. licet nunc est p̃teritus. et sic legẽs supponit ꝓ tp̃e nũc ptõ qd̃ aliqñ fuit pñs ade. Sil̃e hui⁹. q2 cũ dico. iste hõ currit. hõ essential̃r ſ̄cat oĩes hoies. q2 termin⁹ vbicunq3 ponitur eq̃ue multa ſ̄cat. tñ in dicta orõne restringit̃ ad ſ̄candũ ⁊ supponendũ ꝓ vno homine tm̃. et ergo p̄dicta ꝓpõ est singularis. ⁊ iste hõ est termin⁹ singl̃aris. sic eodem mõ est in ꝓposito. Significare aũt cũ tp̃e illimitabil̃r est ſ̄care cũ certa vel certis dr̃ñijs tp̃m sic ꝙ ꝑ nullã dictõem importantẽ tp̃s p̃t trahi ad aliã dr̃ñam tp̃is p̄ori dr̃ña tp̃is remanẽte. vt curro est pñtis tp̃is. et non p̃t trahi ad aliud tẽpus. hec eñ est inepta fuit curro. ero curro. Istis notabilib⁹ sic stantibus est.

Conclusio respõsalis. Littera donati

de gñe casu et tp̃e ꝑticipij est bñ assignata. pz ex his que dicta sunt in notabilib⁹.

Ar Primo. plura sunt gña in ꝑticipio ꝙ q̃tuor. ꝓbat̃. q2 in ꝑticipio etiã reꝑit̃ gñs epichenũ vt h̃ volãs passer mouet̃. in qua orõne volans est gñis epicheni. ꝓbat̃. passer ẽ gñis epicheni ꝫ etiã volãs. tz ꝯña. q2 adiectiuũ et subtiũ dñt ꝯuenire in gñe. Sil̃r gñs dubiũ reꝑit̃ in ꝑticipio. ꝓbat̃ in ista orõe. finis ꝯsumẽs. in q̃ orõne finis est gñis dubij ergo etiã ꝯsumẽs. tz ꝯña. q2 adiectiũ ⁊ subtiũ dñt ꝯuenire in gñe. ¶ Dico ꝙ nõ optz ꝙ semꝑ adiectiũ ⁊ subtiũ ꝯueniãt in gñe. sed sufficit ꝙ gñs vni⁹ includat̃ in gñe alteri⁹. et sic est hic. gñs eñ epichenũ includit gñs masculinũ vel feim vt etiã dictũ est in capl̃o de noie.

Ar Scdo. aliquod est ꝑticipiũ qd̃ nulli⁹ est gñis. ꝓbat̃ de illis ꝑticipijs generans pariens. Non oĩs ꝓbatur. q2 gñans est masculini generis tm̃. sil̃r pariens est gñis feminini tm̃ vt dt̃ Eberhardus. Nõ etiã sunt gñis masculini nec feminini. ꝓbatur. ꝑticipiũ desinens in ans vel in ens est gñis oĩs. sed generans pariẽs desinunt in ans vl̃ in ens ergo sunt gñis oĩs. Maior est oim grãmaticorũ. Minor est nota. ¶ Dico verum argũ ꝯcludit ꝙ gñans quo ad ſ̄catõem est gñis masculini tm̃. et pariens est gñis feminini tm̃ quo ad ſ̄catõem. sed nõ quo ad vocẽ. mõ gñs plus attendit̃ rõne vocis ꝙ ſ̄catõis. licz ergo illa ꝑticipia v̄e ⁊ ꝓprie tm̃ ꝯueniãt vni sexui. vt gñans sexui masculino tm̃. et pariens feĩo tm̃. improprie et false pñt etiã attribui rebus alterius sexus vt dcm̃ est in tertio notabili.

Ar Tertio. legens non est gñis cõis ergo ꝓbatur. legens est gñis oĩs ergo non cõis. tenet ꝯña ex oppositis. añs ꝓbat̃. Illa dcõ est gñis oĩs cui preponunt̃ tria articularia in declinãdo. sed huic dictõi legens p̄ponunt̃ tria articularia ergo est gñis oĩs ⁊ non cõis. Maior est nota ex cõi dicto grãmaticorũ. Minor est nota. q2 dicim⁹ hic et hec et hoc legens. ¶ Dico verũ argũ cõcludit ꝙ hoc ꝑticipiũ legẽs est gñis cõis capiẽdo gñs cõe cõiter vt cõprehẽdit sub se oĩe. tñ hoc ꝑticipiũ legens est gñis oĩs capiendo gñs oĩe ꝓprie vt distinguit̃ur ꝯtra gñs cõe. de quib⁹ satis dcm̃ est in capl̃o de noie de gñe nois.

Ar Quarto. casus non est accñs pticipij ergo. pbat. casus est accñs illi⁹ ptis q̄ ꝑcat subam. sed pticipiũ nō ꝑcat subaz. qꝛ dꝛ dispō sube vt dt autor modorũ ꝑcādi. Maioꝛ. qꝛ pticipiũ ꝑcat actũ qui est accñs. ¶ Dico ꝟm argumētũ ↄcludit ꝙ pticipiũ ꝑcat actũ formalr nō q̄dē absolute ꝑ actũ vnitũ sube ⁊ sic pticipiũ etiā dat intelligere subaz vt dcm̄ est in notabilib⁹ ꝓcedētis q̄stiōis.

Ar Quinto. pticipia deficiũt in casib⁹ ergo scōm notabile est male positum. ꝓbatur. dictōes negatiue et distributiue carent casu. sed aliq̄ pticipia negant et distribuũt ergo. Maioꝛ est nota ex his que dicta sunt supius. Minoꝛ ptz de istis pticipijs carens ignorās nesciens. ¶ Dico ꝟm argm̄ ↄcludit ꝙ pticipia nō deficiũt in casu de his que nō descendũt a verbis negatōem includentib⁹ et ꝑcantib⁹. mō ꝓdicta descendũt a verbis que negatōem includũt.

Ar Sexto. tps non est accñs pticipij ergo. pbat. omē accñs debet abesse suo subiecto. sed tēpus non abest pticipio ergo. Maior est Purphirij in diee accñtis. Minoꝛ. qꝛ q̄ñ pticipio abest tps transit in vim nois ⁊ ampli⁹ nō est pticipiũ. ¶ Dico ꝟm argm̄ ↄcludit ꝙ tps non abest pticipio ꝑm se ⁊ rem. tñ sufficit ꝙ ꝑm modũ intelligendi. possum eñ intelligere pticipiũ absolute quo ad eius modũ ꝑcandi essentialē non intellecto eius tpe. quemadmodũ possum intelligere ethiopem non intellecta ei⁹ nigredine. prius eñ potest intelligi sine posteriori. Et. ij. phicorum dicit. Abstrahentiũ non est mendatium.

Ar Septimo. plura sunt tpa pticipiorũ ꝙ̄ tria. pbatur. tps ↄuenit pticipio rōe verbi. sed in verbo sunt q̄nq3 tpa. ptm̄ eñ diuidit in ptm̄ imperfectũ preteritũ pfectũ. et ptm̄ plusq̄pfectũ. ergo. Maioꝛ est nota. qꝛ pticipium recipit a verbo tpa et ꝑcatōes vt dcm̄ est. Minoꝛ est nota ex ꝓcedentib⁹. ¶ Dico verũ argm̄ cōcludit ꝙ in pticipio reperiunt plura tpa sed ista reducunt ad alia. vt ptm̄ imperfectũ et plusq̄perfectũ reducunt ad ꝑteritũ. et sic sub vna terminatione pticipiũ includit omnia ista.

Ar Octauo. pticipiũ non ꝑcat cũ tpe. pbatur. illud qd̄ limitat a tpe nō ꝑcat cũ tpe. sed pticipium limitat a tpe ergo. Maioꝛ est nota. qꝛ limitari a tpe est pdere tpus et non ꝑcare cũ tpe. Minoꝛ ptz ex quarto notabili et tertio in quib⁹ dcm̄ est ꝙ pticipium ꝑcat cum tpe limitabilr. ¶ Dico verũ argm̄ ↄcluderet si pticipiũ simplr limitaret a tpe sic ꝙ perderet tpus. sed limitat a tpe. i. trahit ad aliud tpus accñtaliter ad illum intellectũ qui est expressus in notabili quarto vt hic iohannes fuit legens. iohannes erit legens.

Significatōes pticipiorũ in quo sunt. qꝛ ab actiuo verbo duo pticipia veniunt. pñs et futurũ vt legens lecturus. A passiuo quot. duo. ptm̄ et futurũ vt lect⁹ legendus. A neutro quot. duo. sicut ab actiō. pñs et futurũ vt stās statur⁹ A deponēti quot. tria. q̄. pñs ptm̄ et futurũ vt loquens locutus et locuturus. A cōi quot. q̄tuoꝛ. pñs ptm̄ et duo futura vt criminans criminat⁹ criminatur⁹ vel criminādus Numeri pticipiorũ quot. sunt. duo. qui. singularis vt hic legens. plis vt hij legentes. Figure pticipiorum quot sunt.

due. que simplex vt legens. decomposita vt negligens.

Vtrũ lr̄a donati de significatōe. numero et figura. et exēplari declinatōe pticipiorũ sit bñ assignata. Pro intellectione q̄stionis mote Notandũ pmo. ꝙ Significatō pticipij diffinit sic cōiter. Est ꝓprietas pticipij attributa pticipio ea rōne qua est actionis tm̄ vel passionis tm̄ vel neutri⁹ vel vtriusq3 sil' ꝑcatiuũ. In qua dione tangunt q̄nq3 ꝑca tōes pticipiorũ Actiualis tangit cũ dꝛ actōis tm̄. et ibi etiā tangit deponentalis. ⁊ hoc in illis pticipijs que deriuant a verbis deponentalib⁹ que actionem tm̄ ꝑcant. Passiualis tangit cũ dꝛ passionis tm̄. silr ibi tangit deponētalis. ⁊ hoc in illis pticipijs que deriuant a verbis deponentalibus q̄ passionē tm̄ ꝑcant vt postea dicet. Neutralis tangit cũ dꝛ neutrius. Cōis tangit cũ dꝛ vtriusq3 simul. Alij aũt breui⁹ ita diffiniunt. Significatio pticipij est ꝓprietas pticipij attributa pticipio ea rōne qua est originatũ vl' deriuatũ a verbo alicui⁹ gñis. Significatō actiualis ē ꝓprietas pticipij attributa pticipio ea rōne qua ipm̄ est deriuatũ a verbo actiui gñis vt amans. Significatō neutralis ē ꝓprietas pticipij attributa pticipio ea rōne q̄ ipm̄ est deriuatũ a verbo neutri⁹ gñis vt currēs. Significatō passiualis ē proprietas pticipij attributa ei ea rōne vt ipm̄ ē deriuatũ a ꝟbo passiui gñis vt amat⁹. Szcatio deponētalis est ꝓprietas pticipij attributa ⁊ ↄueniēs ei ea rōne qua ipm̄ est deriuatũ a verbo deponētis gñis vt loquēs nascēs. Szcatio cōis ē ꝓprietas pticipij attributa ei ea rōe q̄ ipm̄ est deriuatũ a ꝟbo cōis gñis. vt criminās Sequit correlrie pmo ꝙ ꝑcatio pticipij cognoscit ex gñe verbi. sic ꝙ pticipiũ est illi⁹ ꝑcatōis cuius gñis est verbũ qd̄ ab eo descendit. veritas hui⁹ correlarij dicetur inferi⁹ latius. Sequit correlrie scdō ꝙ sicut quinq3 sunt gña in verbo, sic q̄nq3 ꝑcatōes in pticipio. Ratio. qꝛ ꝑcatio pticipij cognoscit ex gñe verbi. vnde dicit Alexander in scda pte. In verbi gñe que sit signatio quere.

Notandũ scdō. ꝙ a verbis actiui generis duo veniũt pticipia. pñs in ans vel in ens. et futurũ in rus. vt ab amo venit amans et amaturus Pro quo intelligendo. Scim ꝙ ꝑm intentōem ꝑsciani pticipia pñtis tpis in ans vel in ens teriata formant a pma psona ꝑteriti imperfecti tpis indicatiui mōi mutādo bam vl' bar terminatōez in ns. vt amabā amās loquebar loquēs. Rō aũt isti⁹ quare poti⁹ formant a pma psona ꝙ̄ a scda vl' tertia. qꝛ pma psona est dignioꝛ alijs. mō a digniori debet fieri denomiatio vt declarat aristo. viij. phicoꝝ. Sed ꝙ pma psona sit ceteris dignioꝛ. qꝛ pma pson a ↄcipit scdam et tertiā et nō ecōuerso. mō omē agens est ꝑstanti⁹ passo. iij. de aīa. Secundũ aũt alios grāmaticos pticipia pñtis tpis aliter formant. In verbis eñ pme et scde ↄiugatōis formant a scda psona pñtis tpis indicatiui mōi interponēdo n inter s ⁊ penultimā lr̄am. vt amas. interponēdo n inter s ⁊ a erit amās sic doces interponendo n erit docēs. Sed in verbis tertie et q̄rte ↄiugatōis formant a pma psona pñtis tpis indicatiui mōi mutādo o in ens vt lego legēs. audio audiens. Ab ista regl'a excipiunt ista duo eo et queo. que nō sic formāt. qꝛ eo hz iens et queo quiēs. Sed pticipiũ futuri tpis in rus termiatũ format ab vltimo supino breuiando u et addendo rus. vt amatu breuia u ⁊ adde rus erit amatur⁹. A verbo neutrali vt dt in textu veniunt etiā duo pticipia. pñs in ans vel in ens. et futurũ in rus. vt a sto venit stans et staturus. A verbo aũt passiuo veniũt duo. ptm̄ in tus sus vel xus terminatũ. et futurũ in dus. vt ab amoꝛ venit amatus ⁊ amandus. Ptm̄ in tus termiatũ vt amat⁹ format ab vltio supino amatu addendo s erit amat⁹. Sed pticipia futuri tpis in dus termiata formant a gtō

singulari ꝑticipiꝫ p̄ntis t̄pis in ans vel in ens terminati mutādo tis in dus. vt amans amātis, muta tis in dus erit amandus. A verbis aūt deponētis gn̄is veniūt tria ꝑticipia. p̄ns in ans vel in ens. ptm̄ in tus. ⁊ futurū in rus. vt a loquor venit loquēs locutꝰ et locuturꝰ. Sequit̄ corꝛl'ie ꝙ loquēdus baccalariādus magistrādus noīa sunt et nō ꝑticipia. vn̄ dcm̄ est ante. Rursus de neutris vel deponētalibꝰ in dus. Noīa ꝓcedūt que ꝑticipātia non sunt. Sed a verbis cōis gn̄is veniūt quatuor ꝑticipia. p̄ns in ans vel in ens. ptm̄ in tus. et duo futura vnum in rus et aliud in dus. vt a criminor venit criminans criminatꝰ criminaturꝰ ⁊ criminādus. Sequit̄ corꝛl'ie ꝙ iste regule date de formatōe ꝑticipiorū intelligūtur dūmō ꝑticipia nō deriuant̄ a verbis defectiuis et carētibꝰ supinis. et ꝙ si ꝑticipiū careret supino nō format futurū in rus. vt ptꝫ de isto verbo studeo qd̄ caret supinis ergo etiā caret futuro ꝑticipiꝫ in rus. Rō huiꝰ correlariꝫ qꝛ deficiēte causa deficit et effectꝰ. mō supinū est cā ꝑticipiꝫ futuri t̄pis. si ergo deficit supinū necessario deficit et ꝑticipiū futuri t̄pis. Sequit̄ corꝛl'ie scd̄o ꝙ oīa verba ꝑcantia splendorē carent ꝑticipijs futuri t̄pis. Rō qꝛ carēt supinis ergo etiā ꝑticipio futuri t̄pis. Qꝰ aūt omnia verba ꝑcantia splendorem carēt supinis excepto vno patet in istis metris. Omnia splēdorem dicas caruere supinis. Excipias vnū quod dat tibi fulgeo fulsum.

Notandū tertio ꝙ ex l̄ra donati habetur

ꝙ ꝑticipiū est illiꝰ ꝑcatōis cuius gn̄is est verbū a quo descēdit. Et hoc nō est vl'r verū sed intelligit̄ dūmō ꝑticipiū est ita latū in ꝑcando sicut verbum a quo descendit. qꝛ si ꝑticipiū nō est ita latū in ꝑcando sicut verbū a quo descendit non opꝫ ꝙ ꝑticipiū sit illiꝰ ꝑcatōis cuiꝰ gn̄is est suū verbū. ptꝫ criminor est generis cōis. dixit enī donatꝰ ante ꝙ verba cōia ꝓm se sumpta cadunt in duas formas. i. duplicē ꝑcatōem. qꝛ ꝑcāt actiue ⁊ passiue sil'r. tn̄ hoc ꝑticipiū criminans deriuatū ab eo nō est ꝑcatōis cōis sed solū actiualis. sic criminaturꝰ licꝫ venit a vbo criminor qd̄ est gn̄is cōis. tn̄ solū est ꝑcatōis actiualis. sic criminatꝰ non est ꝑcatōis cōis sed passiualis tm̄. sed hoc ꝑticipiū criminandus est ꝑcatōnis cōis. vsus. Sola per ans ens rus actio ꝑcatur. Dus solū patit̄. ꝑ dus vtrūqꝫ ꝑcatur. Sequit̄ corꝛl'ie ꝙ licet hoc verbum criminor regit actm̄ et abltm̄ indr̄iter. ex quo ꝑcat actiue et passiue tn̄ criminās solū regit actm̄ qꝛ ꝑcat actiue tm̄. sil'r criminatus regit abltm̄ tm̄ qꝛ ꝑcat passiue tm̄. sed criminandus indr̄nter regit actm̄ vel abltm̄ qꝛ retinet ꝑcatōem verbi et ꝑcat tam actōem ꝙ passionem.

Notandū quarto ⁊ vltimo ꝙ nūerus

in ꝑticipio eodem mō diffinit̄ sicut in noīe soluꝫ variando gn̄s. vt vbi in noīe dr̄ nūerus est ꝓprietas noīs. sic hic dr̄ nūerus est ꝓprietas ꝑticipiꝫ. Est tn̄ drn̄a inter numerū noīs et ꝑticipiꝫ. qꝛ noīa deficiunt in numero. aliqua in singulari vt diuicie nuptie. aliqua in pl'i vt noīa ꝓpria. Sed ꝑticipia nō deficiūt in nūero. patꝫ qꝛ ꝑticipia sunt adiectiua. mō adiectiua nō dn̄t deficere in nūero. ex quo dn̄t determinare subua in quolibet nūero. Sic eodeꝫ mō dōm est de figura ꝑticipiꝫ sicut noīs nisi ꝙ in nomīe dr̄. figura est ꝓprietas noīs. in ꝑticipio est dōm figura est ꝓprietas ꝑticipiꝫ. Sequit̄ corꝛl'ie ꝙ nullū ꝑticipiū est cōposite figure sed simplicis aut decōposite. si enī ꝑticipiū venit a verbo simplicis figure ipm est simplicis figure vt legens. si venit a verbo cōposite figure tūc ꝑticipiū est decōposite figure vt negligens qd̄ venit a verbo negligo ꝯposite figure. negligo enī cōponit̄ a nec ⁊ lego. deponēdo c et apponendo i vt dcm̄ est ante in figura de verbo. versus. Participās om̄e dic simplicis esse figure. Aut decōposite dicere non dubites. Sequitur corꝛl'ie ꝙ si aliqua vox ꝑticipialis ꝯponit̄ cū ꝓpōne cū qua suū verbū cōponi nō

pōt tunc talis vox nō est ꝑticipiū sed nomē vt indoctꝰ. ¶ Postea donatꝰ in fine ostendit exemplarē declinatōem ꝑticipiorū. Pro qua intelligenda Sciēdum ꝙ donatus solū declinat ꝑticipia actiue et passiue ꝑcatōis. et aliarū ꝑcationū non. Rō qꝛ iste due ꝑcatiōes sunt ꝓncipales. mō de ꝓncipalioribꝰ debet esse sermo et locutio. Alia cā. qꝛ ꝑticipiorū aliarū ꝑcatōnū declinatiōem reliquit fore notā ex declinatiōe ꝑticipiorū actiue et passiue ꝑcatiōis. sicut enī declinat̄ amans sic currēs. Tertia rō ꝓpter breuitatē ponere enī declinatōem ꝑticipiorum cuiuslibet ꝑcatōnis fuisset res longa et tediosa. Istis notabilibꝰ sic stantibus est.

Conclusio respōsalis. Littera donati

de ꝑcatione numero et figura et exemplari declinatiōe ꝑticipioruꝫ est sufficienter assignata. Patet ꝯclusio ex notabilibus iam declaratis.

Ar Primo. tm̄ due sunt ꝑcatōes ꝑticipiorū ergo non quinqꝫ. ꝓbatur. qꝛ oīs ꝑcatio ꝑticipiꝫ aut est essentialis aut accn̄talis. essentialis vt ꝑcare per modū fluxus et fieri. accn̄talis vt ꝑcare singulariter aut pl'r. ¶ Dico ꝙm argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝑcatiōes ꝑticipiorū in gn̄e sunt tm̄ due. licet in spē sunt plures ꝙ due. qꝛ ꝑcatio accn̄talis subdiuidit̄ in quinqꝫ membra.

Ar Scd̄o. aliqd̄ est ꝑticipiū qd̄ nulliꝰ est ꝑcatōis ergo. ꝓbat̄. criminans est ꝑticipiū et nulliꝰ est ꝑcatōnis. Non actiualis. ꝓbatur. ꝑticipiū debet esse illiꝰ ꝑcatōis cuiꝰ gn̄is est verbuꝫ. sed criminor est gn̄is cōis ergo criminās debet esse ꝑcatōis cōis. Maior est nota. qꝛ ꝑcatio ꝑticipiꝫ oritur a gn̄e verbi. Minor est nota sil'r ex dictis in gn̄e verbi. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcludit ꝙ ꝑticipiū debet esse illiꝰ ꝑcatōis cuiꝰ gn̄is est verbū. verū est qn̄ ꝑticipiū est ita latum in significando sicut verbū a quo descendit. sed hoc ꝑticipiū criminās non est ita latū in ꝑcando sicut criminor vt declaratū est in tertio notabili.

Ar Tertio. tm̄ tres sunt ꝑcatōes ꝑticipiorū. ꝓbatur. om̄e verbum aut ꝑcat actiue aut passiue aut neutraliter. ergo tm̄ tres sunt ꝑcatōes ꝑticipiorū. añs ptꝫ. qꝛ om̄e verbū aut ꝑcat actōnem tm̄. aut passionē tm̄. aut neutrū vt ptꝫ in dīone verbi. ergo etiā omne ꝑticipiū aut ꝑcat actiue tm̄. aut passiue tm̄ aut neutrū. ¶ Dico ꝙm argm̄ ꝯcluderet si ꝑcatio in ꝑticipio solū attēderet̄ ex ꝑte ꝑcatōis ꝑticipiꝫ. sed etiā attēdit̄ ex ꝑte gn̄is i vbo. mō gn̄a vboꝝ sunt quinqꝫ.

Ar Quarto. aliqd̄ est ꝑticipiū quod nulliꝰ est ꝑcatōis. ergo ꝓbatur. ꝑcatio attendit̄ ex gn̄e verbi. sed hoc verbū sum a quo deriuat̄ ens nulliꝰ est gn̄is ergo ens eiꝰ ꝑticipiū nulliꝰ est ꝑcationis. Maior est nota. Minor. qꝛ hoc verbū sum nec terminat̄ in o nec in or. ergo sum nulliꝰ est gn̄is. tenet ꝯn̄a. qꝛ gn̄s verbi sumit̄ ex terminatōe in o vel in or vt dcm̄ est circa gn̄s verbi. ¶ Dico ꝙm argm̄ cōcludit ꝙ licet hoc verbū sum nulliꝰ est gn̄is quo ad vocē. tn̄ quo ad ꝑcatiōem est gn̄is neutrius. ⁊ ergo etiā ens est neutralis ꝑcatōis.

Ar Quinto. ꝑcatio non est accn̄s ꝑticipiꝫ. ꝓbat̄. Idem nō est in diuersis. sed ꝑcatio reperit̄ in qualibet ꝑte ergo. Maior est aristo. iiij. phicoꝝ. Minor qꝛ in qualibet ꝑte reperit̄ ꝑcatio et modus ꝑcandi vt dr̄ autor modoruꝫ ꝑcandi. ¶ Dico ꝙm argm̄ cōcludit ꝙ capiendo ꝑcatōeꝫ vt est rep̄ntatio rei ꝑ vocē ad placitū. sic reperit̄ in qualibet ꝑte. sed ita nō capit̄ hic. sed capit̄ hic ꝑcatio ꝓ quodam mō ꝑcandi ꝑticipiꝫ accn̄tali qui ꝯuenit ꝑticipio rōne gn̄is vbi.

Ar Sexto. Figura cōposita etiā reperit̄ in ꝑticipio. ergo plures sunt figure in ꝑticipio ꝙ due. ꝓbatur añs. qꝛ figura cōposita etiā reperit̄ in ꝑticipio ꝓbatur. figura decōposita reperit̄ in ꝑticipio ergo etiā composita. tenet ꝯn̄a ab inferiori ad supius. omne enī quod est figure decōposite est etiā composite figure. sed non ecōuerso illud qd̄ est cōposite figure est decōposite figure. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcludit ꝙ om̄e quod est figure decōposite est figure cōposite. capiendo figurā compositā et decōpositā cōiter. sed taliter nō potest capi in ꝓposito

q̃ hic potius capiuntur disparate.

Ad Septimo. aliq̃d est pticipiũ quod nulli⁹ est figure. pbatur. potens est pticipiũ et nulli⁹ figure. q̃ non sit simplicis figure pbatur. q̃ venit a verbo cõposite figure scz possum. possum eñ cõponit a potis et sum. ergo potens est figure decõposite. tenet ɔña. q̃ illud pticipiũ dicit figure decomposite qd̃ deriuat a verbo cõposite figure. Q̃ aũt potẽs non sit decõposite figure patet auctẽ donati qui dicit in caplo de noĩe q̃ potẽs est figure simplicis. ¶ Dico vim argñ ɔcludit q̃ potens inquantũ nomẽ est simplicis figure. sed inquantũ pticipiũ est figure decõposite vt dcm̃ est in caplo de figura noĩs.

Ad Ultimo. pcessus donati est insufficiens. pbatur. q̃ non declinat pticipia aliarũ ſcationũ. vt neutralis deponẽtalis et cõis. ¶ Dico q̃ eorũ declinatiõem reliquit fore notã ex declinatiõe pticipiorũ ſcationis actiualis vel passiualis. vel etiã dimisit hoc pter breuitatẽ vt dcm̃ est in notabili vltimo.

Coniunctio quid est. Pars orationis annectens: ordinansq̃ sententiam.

Utrũ diffinitio ɔiunctõnis a donato

in textu sit sufficiẽter assignata. in qua dr̃. Cõiunctio est pars orõis annectẽs ordinansq̃ sniam. Pro intellectõe questõis more. Notandũ primo q̃ diffinitũ p̃sentis diõis est ɔiunctio in suppõne psonali p suis signatis. scz p omnib⁹ ɔiũctionib⁹ vt sunt iste. et vel. et siles. Pro gñe aũt in diõne ponit pars orõis indeclinabilis. et p hoc ſm aliquos excludit hoc relatiuũ qui quod etiã ɔiungit. q̃ facit ppõem hypoteticã. Dicit eñ Hugo q̃ hoc relatiũ qui q̃ quod positũ inter duo verba et referẽs subiectũ totale facit ppõem hypoteticã et resoluit in et z in ille vt sortes currit q̃ mouet. resoluit in istã. sortes currit et ille mouet. Alij tñ videt esse aliter dõm vt patebit in sequẽtib⁹. Dr̃ scdo in diõne. ɔiũctio est p̃s orõis annectẽs. qd̃ vz tm̃ sicut p vim ɔiungens. s. absolute. scz q̃ vltra actũ ɔiungendi nihil aliud designat et importat. Pro quo intelligẽdo ɔiũctio ɔiũgit dupl'r. Primo ɔiũgit p vim qñ scz ɔiũgit ea q̃ nõ denotãt hr̃e aliquã depẽdentiã et sequelaz adinuicẽ vt hõ et asin⁹ currit. hõ eñ et asin⁹ sunt disp̃ata. disp̃ata aũt non vident nec hñt depẽdentiã et sequelã adinuicẽ. Et taliter ɔiũgũt ɔiũctões copulatiue et disiũctiue. Dictũ est notãter in declaratõe annectẽs. i. p vim ɔiũgẽs absolute. sic q̃ vltra vim cõiungendi nihil aliud importat. p hoc ſm aliq̃s excludit verbum subtm̃ qd̃ ɔiungit subiectũ cum p̃dicato. Dicitur. j. periermeniarũ. hoc verbum subtm̃ sum importat actũ cõplexiuũ quẽ sine extremis non est intelligere. non tñ sequit q̃ ergo hoc verbũ subtm̃ sum sit ɔiũctio. q̃ vltra talẽ actũ ɔiungendi aliq̃d aliud designat et importat. vt tp̃s vel actũ essendi absolute. Silr̃ p hoc excludit hoc relatiũ qui que qd̃. qd̃ licet etiã ɔiũgit vt dcm̃ est. ex quo facit ppõem hypoteticã. nõ tñ est ɔiũctio. q̃ vltra actũ ɔiũgendi aliq̃d aliud importat. q̃ actuz referẽdi. et sic nõ ɔiũgit absolute. Alij tñ volunt excludere verbũ subtm̃ sum. silr̃ relatiũ. per gñs cũ dcm̃ est. ɔiunctio est pars orõis indeclinabilis vt dictum est.

Notandũ scdo. Dicit tertio in diffinitione ordinansq̃ sniam. q̃ pticula vz tm̃. Cõiunctio est ordinãs. i. p ordinẽ coniungẽs. sniam. i. dictões vel orões sniam faciẽtes scz absolute. sic q̃ vltra actum ɔiungendi nihil aliud importat et designat. vñ Cõiungere p ordinẽ est ɔiungere aliqua que denotant habere dependentiã ad seinuicem. vt si sortes currit sortes mouet. cursus eñ et motus dependẽt ad seinuicẽ sicut causa ad effectum. quicq̃d

eñ currit hoc mouet et nõ ecõuerso. Silr̃ hic. si asin⁹ volat asinus habet pẽnas. volare et habere pennas vnũ habẽt respectũ et dependentiã ad aliud. Et isto mõ ɔiũgunt ɔiũctões causales et rõnales. Sequit correl'ie q̃ ɔiunctões expletiue proprie nec ɔiungunt p vim nec p ordinẽ. nec sunt de necessitate orõnis sed de bene esse. z ɔiuncta tm̃ ornant. vt Tu aũt dñe miserere nobis. hec ɔiunctio aũt nõ ponitur de necessitate sed cã ornatus. ornatior eñ est sermo cum pono aũt q̃ si dimitterẽ. Alij tñ dicũt q̃ ɔiunctões expletiue etiã ɔiungũt p vim et p ordinem sed occulte vt hic. siquidẽ noscat dilectio vestra. in qua orõe hec ɔiunctio expletiua siquidem ɔiungit p ordinẽ occulte. q̃ ɔiungit adiectiuũ vestra et subtm̃ dilectio. mõ adiectiuũ et subtm̃ hñt dependentiã adinuicẽ sicut determiatio et suũ determinabile. primũ tñ est ɔmunius et melius. Sequit correl'ie ex dictis q̃ licet aduerbia localia tp̃alia etiã ɔiungunt. q̃ faciũt ppões hypoteticas vt dicũt logici copulatiuas vt ibi sortes currit plato mouet. que valet istã. in quo loco sortes currit in eodẽ loco plato mouet. tñ nõ sunt ɔiunctõnes. q̃ ɔiunctio cõiungit absolute sed aduerbia localia et tp̃alia vltra actũ ɔiungendi importãt aliq̃d aliud. q̃ determinãt verba aut rõne loci aut tp̃is vt dictũ est in capitulo de aduerbio.

Notandũ tertio q̃ hec cõiunctio q̃z in

diõne nõ debet capi copulatiue p et. nulla eñ est ɔiunctio que ɔiungit tã p vim q̃ per ordinẽ. sed debet capi p vel. sepius eñ in scripturis capit z pro vel. vt eñ ostẽdit Thomas. ij. phicorũ in diõne nature. et capit pro vel cũ dr̃. Natura est p̃ncipiũ mouendi et quiescẽdi. Nõ eñ in omnib⁹ reb⁹ natura est p̃ncipiũ mouendi q̃ in terra nõ. dicit eñ ɔmẽtator. ij. celi. Si oẽs dij descenderent terrã mouere non possent. Nec etiã natura est p̃ncipiũ quiescendi q̃ in celo non. dr̃ eñ. ix. metaphice. Nõ est timendũ q̃ celũ stet. Sic et in pposito q̃z capit pro vel. vt diõ valebit tm̃. ɔiunctio ɔiungit p vim aũt p ordinẽ. Non tñ debet capi vel hic disiunctiue al's eñ diõ ɔstitueret vnã hypoteticã flãm cũ diffinito. q̃ valeret tm̃. oĩs coniunctio ɔiungit p vim. vel oĩs ɔiunctio ɔiungit p ordinẽ. que tota disiunctiua est flã. q̃ ambe eius ptes sunt flẽ. Sed debet capi vel disiũctiue vt facit vnam kathegoricã de disiuncto p̃dicato. et sic valebit tm̃ oĩs ɔiunctio ɔiungit p vim vel p ordinẽ. ¶ Et ɔiunctio est inuenta ſm intentõem p̃sciani. xvi. maioris tribus de causis. Primo vt duo casualia cũ eodẽ verbo ɔstrui possent vt iohes et petr⁹ currũt. Scdo vt ecõuerso duo verba vniri z ɔiungi possent vni casuali vt iohs legit et currit. Tertio vt illa que p se vniri et cõiungi nõ pñt. vt disparata. ɔiungerent. per ɔiunctiõem vt hõ et asinus. Quarta rõ põt adiungi. pter facere ppões hypotheticas et diuersas kathegoricas de copulatis ɔditionatis et disiũctis extremis. que sine ɔiunctionib⁹. fieri non possunt.

Notandũ quarto et vltimo q̃ cõiunctionis

modus ſcandi ſm autorẽ modorũ ſcandi est iste. Cõiunctio est p̃s orõis ſcans per modũ ɔiungentis duo extrema. Cõiunctio eñ vt dcm̃ est. est inuenta pter hoc vt ea ɔiungeret que p se vnibilia nõ sunt vt disp̃ata. rectẽ ergo dr̃ q̃ modus ſcandi ɔiunctionis est ɔiungere duo extrema. Sciũ aũt vt dcm̃ est pri⁹ superi⁹ q̃ oĩs modus ſcandi in grãmatica si non est fictus opz q̃ sumat ab aliquo mõ essendi in natura z ab aliqua pprietate reali. opz ergo q̃ modus ſcandi ɔiunctõis pportionet aliquo mõ essendi in natura. In natura aũt repitur diuersitas in vnibilib⁹. aliqua eñ sunt q̃ vniunt seipsis sine medio intrinseco vt materia et forma. silr̃ actus et poña. inter eñ vnionẽ materie et forme. silr̃ act⁹ et potẽtie. nõ cadit mediũ intrinsecũ vt declarat. ix. metaphice et. ij. de aĩa. dicit eñ aristo. q̃ nõ opz q̃rere mediũ quare ex corpe et aĩa fit vnũ. sicut nõ opz querere

causam quare ex sigillo et cera fit vnũ. Rō hui⁹ est ꝑ se nota. q: vnũ h; se vt actus et aliud vt potẽa. mō ex actu et potẽa fit vnum ꝑ se vt dr. ix. metaphice. Alia aũt in natura sunt vnũ ꝑ mediũ per qḋ ꝯiungunt ad inuicẽ. vt due res diuerse que ꝑm se vniri non pñt vniunt ꝑ mediũ. vt duo asseres iungunt ꝑ clauũ mediũ. Sic ꝓportionabilr in arte inuenit ꝙ aliqua vniuntur sine medio vt determiatio et determiabile vt alb⁹ hō. determinatō em̃ habet se vt actus. sed determiabile vt potentia. sicut ergo in natura ex actu et potẽa fit vnũ sine medio. sic ⁊ in arte ex determinatōe ⁊ determinabili fit vnũ. Etiã sunt aliqua in arte q̄ ꝑ se vniri nō possunt sed vniunt ꝑ mediũ quod illa cõiungit. sicut sunt duo dispata vt hō et asinus. et ad talẽ vnionẽ faciendã inuenta est ꝯiũctio. recte ergo dr. modus ſcandi ipsius ꝯiunctōis est ꝙ ꝯiunctio est ꝓsorōis ſcans ꝑ modũ ꝯiungentis duo extrema. capit ergo modus ſcandi ꝯiunctōis a ꝓprietate rei et mō essendi qui reperitur in reb⁹ realib⁹ q̄ apte sunt ꝯiungere res aliquas ad inuicẽ. vt in clauo vel bitumine reperit aptitudo q̄ pt iũgere duos asseres simul. Istis notabilib⁹ sic stantib⁹ est:

Cõclusio responsalis. Diffinitio con-

iunctionis a donato posita est bene et sufficienter assignata. Veritas huius conclusiōis patet ex declaratione et notabilibus.

Ar Primo. diffinitio ꝯiunctiōis nō valet. ꝓbatur nulla diō debet ꝯuenire alteri a diffinito. sed diō ꝯiunctiōis cõuenit alteri a diffinito ergo. Maior est nota. q: est vna ꝯditio bone diōnis. Minor ptz. q: ꝯuenit verbo subũo verbũ em̃ subtiũ est copula p̄dicati cũ subiecto. ¶ Dico verum argũ ꝯcludit ꝙ verbũ subtiũ ꝯiungit sed non eodẽ mō sicut cõiunctio. q: ꝯiunctio ꝯiũgit absolute sic ꝙ vltra actũ ꝯiungendi nō importat aliqd aliud. mō verbu; subtiũ vltra actũ ꝯiungendi importat aliquid aliud. q: tp̄us. et etiã excludit per gñs diōnis ꝯiunctio em̃ est ps indeclinabilis. verbũ aũt subtiũ est pars declinabilis.

Ar Scdō. diffinitio adhuc ꝯuenit alteri a diffinito ergo. ꝓbatur. q: cõuenit huic relatiuo qui. ꝓbatur. illud qḋ facit ꝓpōem hypoteticã copulatiuam est cõiunctio. sed qui facit ꝓpōem hypoteticã copulatiuã. ergo qui est cõiunctio. Maior est nota. q: ꝓpō hypotetica est illa in qua ꝯiungunt due ꝓpōnes kathegorice per hanc ꝯiunctōem et. vel sibi silem. Minor est Hugonis qui dicit ꝙ qui positũ inter duo verba facit ꝓpōem hypoteticã copulatiuã. ¶ Dico verũ argũ ꝯcludit ꝙ hoc relatiũ qui facit ꝓpōem hypoteticã nō rōne sui. sed rōe cõiunctiōis copulatiue incluse. q: resoluit in et et in ille. Et dico ꝯñter ꝙ licet hoc relatiuũ qui ꝯiungit tñ non absolute sicut ꝯiunctio. q: vltra actum cõiungendi importat actum referendi.

Ar Tertio. diō ꝯiunctōis non valet. ꝓbatur. oĩs diō debet p̄dicari de diffinito vl̄iter. sed diō ꝯiunctōis nō est hmōi ergo. Maior est vna ꝯditio bone diōnis. Minor. q: hec est fl̄ã oĩs ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim et ordinem ¶ Dico verũ argũ ꝯcluderet si q; teneret in diōne copulatiẽ. sed tenetur ꝓ vel.

Ar Quarto. Etiã tenendo q; pro vel diō non valebit. ꝓbat. oĩs diō est mala ex qua cũ diffinito ꝯstituit ꝓpō fl̄ã. sed accipiendo q; pro vel ex diōne et diffinito ꝯstituit ꝓpō fl̄ã. Maior est nota. q: diō debet p̄dicari de diffinito vl̄r et affirmatiue. Minor. q: hec est fl̄ã oĩs ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim vel oĩs ꝯiunctō ꝯiungit ꝑ ordinem. ptz q: est vna disiũctia fl̄ã. q: ambe ptes sunt fl̄ẽ. ¶ Dico vm argũ ꝯcluderet si q; captũ ꝓ vl̄ in dīoe teneret disiũctiẽ. sed deb; teneri disiũctim vt ꝯstituat vnã kathegoricã de disiuncto extremo. et sic valebit tñ. omnis ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim vel ꝑ ordinẽ. et hoc est verum vt dcm̃ est in tertio notabili.

Ar Quinto. diffinitio coniunctōis non valet. ꝓbatur. oĩs diffinitio debet cõuenire cuilibet ꝯtento sub diffinito. sed aliqua est ꝯiunctio cui hec diffinitio non cõuenit. igit. Maior est nota ex vna ꝯditione bone diōnis. Minori q: non ꝯuenit ꝯiunctionib⁹ expletiuis. ꝓbatur. q: grãmatici dicunt ꝙ ꝯiunctōes expletiue nō ꝯiungũt nec ꝑ vim nec per ordinẽ. sed tm̃ ꝯiuncta ornant. ¶ Dico verũ argũ ꝯcludit ꝙ ꝯiunctiōes expletiue non ꝯiungũt nec ꝑ vim nec ꝑ ordinem expsse. tñ implicite et virtualr vt dcm̃ est in scdō notabili.

Ar Sexto. ꝯiunctio ꝯditionalis nō ꝯiũgit ergo. ꝓbat. oĩe ꝯiungens debet poni in medio inter illa q̄ ꝯiũgit. sed ꝯiunctō ꝯditōalis non ponit in medio inter illa q̄ ꝯiũgit ergo. Maior est nota. q: ligamentũ ⁊ vnio debet poni inter illa que vnit et ꝯiungit. Minor pz. q: ponit in p̄ncipio. vt cũ dicit si hō currit hō mouet. ¶ Dico verũ argũ ꝯcludit ꝙ ꝯiunctio ꝯditionalis non ponit in medio q̄ ad vocẽ. tñ bñ quo ad v̄tutẽ. et sic hec ꝯiũctio si dirigit v̄tutẽ in mediũ.

Ar Septimo. ꝯiunctio disiũctiua non ꝯiungit ergo. ꝓbatur. illud qḋ disiungit non ꝯiungit. sed ꝯiũctio disiũctiua disiũgit ergo. Maior ẽ nota. q: cõiũgere et disiũgere sunt opposita. mō opposita non pñt inesse vni et eidem postp̄ntis. Minor. q: ꝯiũctio disiũctiua dr disiũctiua a disiũgendo. ¶ Dico verũ argũ ꝯcludit ꝙ ꝯiũctio disiũctia ꝯiũgit et disiũgit respectu diuersoꝝ. ꝯiũgit em̃ dcōes ⁊ disiũgit sens⁹ vt h. hō vl̄ asin⁹ currit. sꝯcat ꝙ vnũ illoꝝ currit hō vl̄ asin⁹.

Ar Vltimo. ꝯiunctio copulatiua non cõiungit ꝑ vim ergo. ꝓbatur sequela: Illa ꝯiunctio ꝯiungit ꝑ vim que cõiungit ea q̄ dependẽtiam nullã hñt ad inuicẽ. sed ꝯiunctio copulatiua ꝯiungit ea q̄ hñt dependentiã adinuicẽ. ergo non ꝯiũgit ꝑ vim. Maior est nota. q: hoc est ꝯiũgere ꝑ vim. Minor. q: ꝯiunctio copulatiua ꝯiungit supius et inferi⁹ vt hō et aial currũt. mō supius ⁊ inferius hñt dependentiã adinuicẽ. ex quo sunt ad aliud. ¶ Dico verũ argũ ꝯcludit ꝙ ꝯiunctio copulatiua cõiungit ea que hñt dependentiam adinuicem: tñ hoc nō requirit ad eam et etiã non denotat ea habere dependẽtiam. tum ea coniungit.

Cõiunctioni quot accidũt. tria. que. potestas figura et ordo. Ptãs ꝯiunctionũ quot spẽs habet. q̄nq;. quas. copulatiuas. disiũctiuas. expletiuas. causales et rõnales. Da copulatiuas vt et etq; at atq; ac ast. Da disiũctiuas vt aut ve vel ne nec an neq;. Da expletiuas vt q̄dem eq̄dem saltem videlicet q; q̄uis quoq; autem porro licet tñ verumtamen. Da causales vt si etsi etiamsi siquidem qñ qñquidem quin quinetiã quaten⁹ sin seu siue ne ve nam namq; ni nisi nisi si ne sed interea q̄obrem p̄sertim itẽ itemq; ceterũ alioq̄n preterea. Da rõnales vt ita itaq; em̃ etem̃ em̃uero q: quapropter qm̃ qm̃quidẽ quippe nempe ergo ideo igit scz videlicet propterea iccirco. Figure ꝯiunctionũ quot sunt? due que simplex vt nam. cõposita vt namq;. Ordo ꝯiũctionũ in quo est. Aut p̄positiue ꝯiunctiões sunt vt at ac ast. Aut

subiunctiue vt q̄3 ne ve. Aut cōmunes vt ergo ideo igitur.

Utrū littera donati de accn̄tibus coniunctionis sit sufficienter assignata.

Pro intellectōe questōis mote. Notandum p̄mo q̄ donat⁹ accn̄a cōiunctōis ostēdit esse tria scʒ ptātem figuram et ordinē. Priscianus tn̄. xvi. maioris etiā ponit spēm. sed donatus eam comp̄hendit sub figura cōiunctōes em̄ simplicis figure sunt p̄mitiue spēi. cōiunctōes vero cōposite figure sunt deriuatiue spēi. Diffinit aūt potestas cōiunctionis sic cōiter. Est p̄prietas cōiunctiōis attributa ei ea rōne p̄ut vltra actū cōiungendi simpl'r importat actū cōiungendi in spetiali scʒ aut copulatiue. aut disiunctiue. aut expletiue. aut causal'r aut rōnal'r. In qua dione tangunt quinqʒ ptātes cōiunctionū. scʒ ptās copulatiua. cum dicitur copulatiue. disiunctiua cū dicit disiūctiue. expletiua cū dr expletiue. causalis cū dicit causal'r. rōnalis cū dicit rōnaliter. Sequit corr'ie p̄mo q̄ tm̄ quinqʒ sunt ptātes cōiunctionū ad seinuicē irreducibiles. qr plures sunt q̄ reducuntur ad istas Priscianus em̄. xvi. maioris ponit plures. Alique em̄ cōiunctiōes sunt abnegatiue. aliq̄ aduersatiue. alique discretiue. sed hoc nō est contra positionem donati. qr donatus ponit ptātes plus cōmunes ꝛ vsitatas. Aliquas dicebat collectiuas vt sunt rōnales. aliquas dicebat approbatiuas vt quidem aliquas cōiunctiuas vt si quatenus. Sequit corr'ie scd̄o q̄ cōiungere absolute est essentiale cōiunctioni. sed cōiungere sic vel sic in spetiali hoc accidit cōiunctioni. sicut etiā dictū est in aduerbio q̄ determinare verbū absolute est essentiale aduerbio. sed determinare aduerbiū sic vel sic in spetiali scʒ rōne numeri loci tpis hoc est accn̄tale aduerbio. Sequit corr'ie tertio q̄ nō est incōueniens idem esse essentiale alicui quod cū alio mō acceptū est accn̄tale sicut patet in p̄posito. cōiungere em̄ absolute est eēntiale cōiunctioni. sed sic vel sic cōiungere est ei accidentale.

Notandū scd̄o. q̄ sufficientia harum

potestatū sic sumit. Omnis cōiunctio alicui⁹ ptātis aut est de essentia orōis ꝛ necessitate. aut de bene esse. Si est de eēntia hoc est dupl'r. aut cōiungit p̄ vim aut per ordinē. Si p̄ vim hoc est dupl'r. aut coniungit sensus et verba vel dictōnes sil' sic est coniunctio copulatiua. Aut coniungit dictiōes et disiūgit sensus sic est cōiunctio disiūctiua. Si aūt cōiūgit p̄ ordinē hoc est dupl'r. aut plus p̄tinet ad p̄tem an̄tis sic est causalis. Vel pl⁹ p̄tinet ad p̄tem cōn̄tis sic est rōnalis. Si aūt est de bene esse sic est coniūctio expletiua. tales em̄ non necessario ponunt in orōe sed sunt de bene esse et ornatu orōnis. Diffinit aūt ptās copulatiua sic. Est p̄prietas coniunctionis attributa ei ea rōne qua nata est coniūgere p̄ vim sensus et verba. Que aūt cōiunctōes sunt ptātis copulatiue donatus enūerat in textu dicens. Da. i. dic copulatiuas cōiunctiones. vt et etqʒ at atqʒ ac ast. Ptās disiunctiua diffinitur sic. Est p̄prietas cōiunctionis attributa ei ea rōne qua apta nata est coniungere per vim dictiōes sed non sensus vt hō vl' asin⁹ currit. Enumerat aūt donat⁹ in textu cōiunctiones disiunctiuas et dicit. Da disiunctiuas vt aut ve vel ne nec an neqʒ.

Notandū tertio q̄ Potestas causalis

diffinitur sic. Est p̄prietas cōiunctōis attributa ei ea rōne qua ipsa nata est coniungere p̄ ordinem magis se tenens ad p̄tem an̄tis q̄ cōn̄tis. vt si hō currit aial currit. Ratio aūt hui⁹ quare coniūctiones causales magis se tenēt ad p̄tē an̄tis est ista. qr ponunt circa an̄s. Dicit em̄ Petr⁹ hispan⁹ capl'o de hypotheticis. hec p̄s cui in mente p̄ponit hec coniunctio si dicit an̄s. Enumerat aūt donatus in textu coniunctiones causales et dr. Da causales vt si etsi etiamsi siquidē quādo quādoquidem quin quinetiā q̄tinus sin seu siue neue nanqʒ ni nisi nisisi ne sed interea q̄obrem p̄sertim item itemqʒ ceterū alioqn p̄terea. Ptās aūt rōnalis diffinitur sic. Est p̄prietas coniunctionis attributa ei ea rōne qua apta nata est coniungere per ordinem magis se tenens ad p̄tem cōn̄tis q̄ an̄tis. Ratio huius q̄re cōiunctiones rōnales magis se tenent ad p̄tem cōn̄tis. qr denotant cōn̄s sequi ex an̄te. Enūerat aūt donat⁹ in textu coniūctiones rōnales ꝛ dr. Da rōnales vt ita itaqʒ enī etenī enīuero qr qua p̄pter q̄m q̄nquidē quippe nempe ergo ideo igit scʒ videlicet p̄pterea iccirco. Ptās expletiua. est p̄prietas cōiunctōis attributa ei ea rōne q̄ apta nata est coniūgere p̄ vim vl' p̄ ordinē. non tn̄ exn̄s de necc̄itate orōis sed de bene esse vel ornatu. Et enūerat eas in textu dicēs. Da expletiuas vt quidē equidē saltē videlicet q̄ q̄uis quoqʒ aūt porro licet tn̄ verūtamen sinautem aliter.

Notandū quarto et vltimo q̄ figura

cōiūctionis eodē modo est diffinienda sicut figura in nōie vel aliis p̄tibus. solum variando gn̄s vt vbi dictū ē in nōie. figura est p̄prietas nōis. hic dicatur figura est p̄prietas cōiunctōis. et diffinit sic. Figura est p̄prietas cōiunctionis attributa ei ea ratione qua ipsa est diuisibilis vel non diuisibilis in plures partes. Et est duplex. simplex vt at. cōposita vt atqʒ. ¶ Postea donat⁹ in fine determinat de ordine cōiūctōis. Pro quo notandū ordo cōiunctōis diffinit sic. Ordo est p̄prietas cōiunctionis attributa ei ea rōne qua ex vsu grāmaticorū vel ex suo mō p̄candi dictionib⁹ vel orōib⁹ quas coniungit est p̄ponibilis tm̄. vel postponibilis tm̄. vel in medio ponibilis. Sequit corr'ie p̄mo q̄ ordo attribuit cōiūctioni dupl'r. primo rōne vsus grāmaticorū. scd̄o rōne p̄catōis et modi p̄candi. Sequit corr'ie scd̄o q̄ cōiunctōes iste que bene sonant in p̄ncipio dicunt p̄positiui ordis. que bene et pulchre in fine dicunt subiunctiui ordinis. que v̄o in medio dicunt cōis ordinis. Sequit corr'ie tertio q̄ q̄n sequit duas cōiunctōes esse eiusdē ptātis ꝛ tn̄ esse diuersorū ordinū. vt vel et ve ambe sunt cōiunctōnes disiunctiue. tn̄ vel est ordinis cōis. et ve est ordinis subiunctiui. Sequit corr'ie quarto q̄ triplex ordo tangit in dione predicta ordinis. Cum em̄ dicitur p̄ponibilis tm̄ tangit ordo p̄positiu⁹ Cum dicit postponibilis tm̄ tangit ordo subiunctiu⁹. Cuʒ vero dicit in medio ponibilis tangit ordo cōis. Ordo p̄positiu⁹ diffinit sic. Est p̄prietas cōiunctionis attributa ei ea rōne qua ex suo mō p̄candi vel vsu grāmaticorū nata est preponi dictōibus vel orōnib⁹ quas cōiungit. Et tales sunt. xv. in numero. versus. Ordinis has fieri tu dicas prepositiui. Sicut ac ast aut at vel nec deniqʒ si sin. Quin seu ni siue neu neue potes associare. Vnde neue est vna cōiunctio et valet tm̄ sicut vel. et aliq̄n apocopat sic q̄ deponit e et manet neu q̄d etiā tm̄ valet sicut vel. Ordo subiūctiuus diffinit sic. Est p̄prietas cōiunctōis attributa ei ea ratione qua ex suo mō p̄candi vel vsu grāmaticorū apta nata est postponi dictionibus vel orōnib⁹ quas cōiūgit. Et tales sunt octo. vsus. Subiūgas qʒ ve ne quoqʒ vero da simul aūt. Iunge quidē vel em̄ sed cōes alie sunt. Ordo cōis est proprietas cōiunctōis attributa ei ea rōne qua ex suo mō p̄candi vel vsu grāmaticorū nata est in medio poni inter dictōes vel orōes quas cōiūgit. Et oēs sunt cōis ordinis p̄ter q̄ndecim q̄ sunt p̄positiui ordinis. et octo q̄ sunt ordinis subiūctiui. Et nō dr cōiūcto ideo cōis ordinis q̄ posset poni in p̄ncipio et in fine. Sʒ dr ideo cōis qr ponit in medio. mō mediū est quoddā cōe respiciēs p̄ncipiū et finē qr mediū cōiungit principiū et finē simul. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio responsalis. Littera donati

de accidentibus cōiunctōis est bene assignata. Veritas huius cōclusionis patet ex his que dicta sunt in notabilibus.

Ar Primo. plura sunt accña ꝯiunctiōis ꝙ tria. ꝓbatur. q2 numerus etiā est accñs ꝯiunctōis. ergo. ꝓbat. q2 figura est accñs ꝯiunctōis ergo et nūer⁹ tenet ꝯña. in ꝯiunctōe simplicis figure est vn⁹ nūerus. q2 vna dcō. sed in ꝯiunctōe ꝯpōsite figure est plis nūerus. q2 due ptes vel due dictōes. ¶ Dico verū argm̄ ꝯcludit de numero realiter capto. sed non de nūero grāmaticalr̄ capto.

Ar Scdo. plures sunt ptātes ꝯiunctionū ꝙ tres. ꝓbatur. q2 aliqua est ptās ꝯditionalis. hec em̄ ꝯiunctio si est ptātis ꝯditionalis. ¶ Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ ptās ꝯditionalis comphendit sub causali.

Ar Tertio. ptās ꝯditionalis non pōt comphendi sub causali ꝗ solutio nō vz ꝓbat añs. q2 stat ꝯditōalē esse verā et causalē esse fl̄sm. ergo vna non pōt comphendi sub alia. tenet ꝯña. q2 diuersitas ꝓprietatū arguit et designat diuersitatē rerū. añs ꝓbat. de ista ꝓpōe si hō est risibilis hō est rōnalis. Inꝙtū ē ꝯditōnalis tūc est vera. q2 ẜcat ꝙ ꝯñs sequit̄ ex añte. et hoc est verū. bn̄ em̄ seqtur hō est risibilis ergo hō est rōnalis. q2 nihil est risibile nisi sit rōnale. Et hec ꝓpō est fl̄sa inꝙtū est causalis. q2 ẜcat ꝙ risibile esset cā rōnalis qd̄ est fl̄sm. poti⁹ em̄ ecōuerso rōnale est cā risibilis. rōnale em̄ dr̄ cām et risibile effectū. ¶ Dico ꝙ coniunctio non dicit̄ ideo causalis q2 denotaret cām. sed q2 ordinat dctōes in aliqua orōe et denotat eas se plus tenere ad añs tāꝙ ad cām. ꝙ ad ꝯñs tanꝙ ad effectū

Ar Quarto. om̄is ptās est copulatiua. ergo nō sunt ꝗnqz ptātes in ꝯiūctōe ꝓbat añs. q2 oīs ptās ꝯiunctōis est ꝯiunctiua ergo oīs est copulatiua. tenet ꝯña ab eodē ad idem. q2 idem ẜcant ꝯiunctiuū et copulatiuū. ¶ Dico ꝙ non sunt idem. q2 ꝯiunctiuū est in plus ꝙ copulatiuū. om̄is em̄ ꝯiūctio ꝯiungit ẜ nō oīs copulat. et sic arguit̄ a supiori ad inferi⁹ affirmatiue et sine distributōe

